


# OPVSCVLA SIMONIS FAGELLI

Villatici Bohemi, Canonici Pragensis, &c.

De Cœna domini, Concion. III.
Hymnorum, Liber unus.
Epigrammatum, Libri III.
Epithaphiorum, Liber unus.
Distichorum, Liber unus.

LIPSIAE,
M. D. XXXVI.





Quod fagum hanc hederæ exornãt, dilectaq; Phœbo
Laurus, myſterii non nihil iſtud habet,
Scilicet eſt fagus, cuius ſub tegmine quondam,
Tytirus errantes luſerat inter oues,
Fagellum ipſa ſuum agnomen cui impartit adumbrat.
Quem fouet atq; ſolent plurima turba ſuos.

# CLARISS. VIRO D. IOANNI COchlæo, Theologo eximio, Ioannes Hasenbergius Bohemus. S. P. D.

MITTO AD TE, Doctor clariss. Epistolam obsignatã, & Carmina ac declamationes, eruditissimas simul & pijssimas Simonis Fagelli Villatici, cõmunis amici nostri, Canonici Pragensis, atq; adeo Præpositi omnium sanctorum ecclesiæ, in arce nostra Tarpeia, hoc est Pragensi. Quæ sane eius opuscula ego quoq; (uti petijt ipse) & uidi pellibenter, & legi etiam diligentissime. Sed cum uideam suam ea in re quam maximam & modestiam & pusillanimitatem. Quippe qui tantummodo uelit, sua omnia uti pel-

legas & subito remittas, nō uero in lucem (quod toties pro patriæ gloria suasi) edas: Per ego te Cochlæe mi humaniss. omnes Musas Musarumq; insatiabilem uolupta tem oro quæsoq;, ei illa omnia non aliter ut remittas, q̃ a te relecta prius & emen data, æneis typis & formulis excusa multi plicataq; fuerint. Quo non sibi modo, sed & uniuersæ patriæ commodent. Vt nō si bi soli cum Aspendio Cytharędo canere, sed toti etiam patriæ nostrę uelit. Subinde enim secum superioribus annis commu taui uerba. Quid ita suis humanissimis po ematibus non ornaret, cui deberet multū, patriam? Quamobrem eam pro uirili sua non redderet etiam alijs nationibus cele briorem? Cur deniq; se ad posteros sempi terna gloria non cōsecraret? Verum dum hæc feci, laterem laui uerius, q̃ aliquid ho mini modestissimo persuasi. Q̄m semper ea in re uisus est mihi magis pusillanimus q̃ pro sua patriæq; gloria & ornamento. Quapropter orō mea maxima ad te est, uir omnium literarum amantissime. Imo

helluo

helluo uoracissime, ut sua ad te transmissa omnia, tuis auspicijs in publicum exeant. Hoc pacto existimo fore, ut etiã si ille nõ nihil pro sua modestia subęgre sit laturus, Tamen te plærosq; omnes nos Bohemos hàc modo demeriturum. Et cum in gloriam patriæ nostræ sedulo incumbas, eam te non ita paruo honore, si in lucem hæc edideris, ornaturum. Bene uale uir ornatiss. & has ad te preces meas uide ne despexeris. Ex Lythomericio sexto Idus Iunij, Anno a Christo nato 1535.

REVERENDO VEREQVE eximio uiro domino Ioanni Cochlæo, sacræ Theologię Doctori consummatissimo, canonico Misnensi, Simon Fagellus Villaticus, S. P. D.

PROXIMIS ANNIS superioribus, Doctor clariss. die Cœnæ dñi, in ecclesia nostra Pragensi, Conciones nõ nullas ad Clerum habui.

Quas (ut mea omnia alia) pro earum qua-
litate adseruare minime curaui: utpote ui-
sas hoc honore minime dignas. Hæ casu,
(nescio quo) hucusq; inter Charteam me-
am supellectilem delituere. Ad hunc mo-
dum & uersiculi mei nõnulli, qualescunq;
illi, Quos nuper thuri piperiq; & id genus
alijs inuestiendis, iam iãq; his usibus desti-
natos exhbitur⁹ erã. At uero dum hoc co
gito mecum agoq;. En mihi ad ędes meas
ipsamque Bibliothecam uenit Henricus
Scribonius Thinensis, egregia indole ado
lescens, literarum minime tepidus amator
idq; agentem me interpellauit, ultro defe-
rens describendorum officium, modo id
ne facerem. Qui (ut est plurimæ humani-
tatis) id quod tam serio atq; ardenter peti-
it, a me facile impetrauit. Conscriptas ita-
que illius opera lucubratiũculas meas, cu-
ius interim subijcerem iudicio, mecum co
gitanti, tuæ præstantiæ, Doctor clariss. mi
hi occurrit iampridem perspecta humani
tas, Perspecta inquam, cum alias semper,
tum nuper maxime, cum domi meæ te ha
berem

berem hoſpitem optatiſſimum. Cuius mi-
hi ſemper perquam grata agetur memo-
ria, atq; hinc porro mea hæc uires ſumpſit
fiducia. Quæ uereor ne parum modeſta
& decori memor eſſe uideatur. Quæ ta-
men tua eſt, uir clariſſ. humanitas, id boni
conſules non dubito, atque etiam ea quæ
mitto, in mei gratiam leges, remitteſque
candide, data ad utramque partem de eis,
quid ſentias, ſignificatione. Ignoſceſque
meæ in eo imprudentiæ & temeritati. Va
leat fęliciſſime Egregia D. T. Cui me me-
aq; omnia commendo, Ex arce Pragenſi,
tertio Nonas Iunij. Anno 1535.

REVERENDO DOMINO
Simoni Fagello Villatico, Canonico Pra
genſi, Prępoſito capellę Regię omni
um ſanctorum ibidem, Ioan
nes Cochlę. S. P.

QVAS AD ME MISI-
ſti lucubrationes tuas, Villati-
ce mi chariſſ. hoſpes & amice
benigniſſ. partim ſoluta orõne

contextas, partim uario carminum gene-
re, uelut diuersis floribus amœnissimum
pratum quoddam, depictas atq; exorna-
tas: multa profecto cum uoluptate atque
auiditate, nec sine tui admiratione, per-
legi. Quæ sane multis nominibus mihi
gratissimæ hoc tẽpore fuerunt, ac pro sua-
ui ac oportuna dulcedine sua merito acce
ptissimæ. Non solum q̃ uaria eruditione
iucundisq; inuentionibus suis me pluri-
mum delectarent, uerũ etiam q̃ animum
meum hisce grauioribus æstuantis Cani-
culæ diebus, a grauioribus tetricæ aduer-
sus hereticos contentionis curis ac studijs
commode auocarẽt, ac uelut respirantem
paululum a laboribus oportune reficerẽt.
Plurimas igitur ac maximas tibi ꝑ ijs ita
transmissis gratias & ago & habeo. Quod
autem tibi ipsi sic uilescunt ac sordent, ut
nisi commode interuenisset, illisq; pio sub
uenisset obsequio, Egregius adolescens,
Henricus Scribonius: eas tu in uilissimũ
usum pro inuestiendo thure ac pipere ab-
iecturus fueras, atq; ut in fine carminum
Musis

Musis tuis immitissime minitaris, ex eis scombrorum cucullos facturus eras: hanc ego illarum miserandam iniuriam haud æquo animo ferre possum. Qua obsecro ratione tam grauem meruere despectum & contemptum, aut tam iniquum sui odium, piæ ac doctæ conciones istæ de sacratissima Cœna domini, abs te ad Clerum publice in loco sacro habitę? Quid mali fecerunt tot hymni, Dei Opt. Max. Diuorumque plurimorum laudes religiose canentes? Quid peccati habent tam multa ingeniosis inuentionibus elaborata Epigrammata? Quid sancta tumulorũ Epitaphia? Quid item disticha illa tam pulchra & uarietate & breuitate iucunda? At dixeris, Non exequunt Ciceronis eloquentiã Cõciones, nec referunt Horatij Flacci uenustatem aut Valerij Martialis acumen, neque grauitatem S. Ambrosij aut Aurelij Prudentij hymni & Epigrammata nostra fateor Vtilatice. Sed quis tam iniqui sit iudicij, aut tam durus & immitis Censor, ut post tam graues non solum Ro. linguæ,

 sed

sed etiam Ro. Imperij casus, quos Respu. ultra mille annos a uarijs diuersorum barbarorum irruptionibus, omnia immanissime uastantibus, passa est: requirat ab homine Bohemo copiam ac uenustatẽ Ro. eloquij tantam: quantam, ante tot casus atq; adeo interitus latinæ linguæ, habuerunt olim doctissimi homines, Romæ in florentissima Republ. nati ac educati? Si nemo tantam hodie requirit ab ullo Germano, neq; a Gallo aut Hispano aliquo, ne ab Italo quidem ullo, etiam si Romę natus sit atq; educatus. Quo rogo iure a te Bohemo tãta requiri poterit? Quis enim nescit, q̃ graues casus nobile Bohemiæ regnum intra CXX. annos tulerit, per inauspicato ex Anglia inuectam & temere ad missam Vuiclephi & Taboritarum hæresim? Hoc breuiter nasutis & omnia carpentibus responsum sit censoribus. Cæterum a tuis minis atq; iniurijs, lucubrationes tuas ego, Deo dante Musisq; bene iuuantibus, fortiter asseram, ope Typographorum, ut tibi posthac nunquam liceat,

etiam

etiam si uelis, tam immane in partus pro-
prios parricidium perpetrare. Vtq; nullo
unquam tempore fagus illa tua, paterni
generis insigne, deflorescat, quam ego, do
mi tuæ quum essem, in pariete, eo loci, ubi
reges Bohemiæ militaria spectatum ueni-
unt exercicia, depictam uidi, quanq; hu-
ius tui frontem operis non inerte appo-
nendam manu curaui. Seruabitur tibi qui
dem fides in remittendis illis, sed ita, ut eis
redire ad te omnino tutũ sit, posteaquam
per Typographos in quamplurima multi
plicatę fuerint exemplaria, atq; in orbem
euulgatæ. Sic enim ab interitu secure apd'
patrem suum (qui eas multo & tempore
& labore parturiuit ac peperit) erunt, be-
neficio atq; obsequio meo. Redibunt eñ
aliquanto comptiores, magisq; in classes
quæq; suas distinctæ, ut tibi ipsi, si in eas de
inceps sæuire uelis, terribiles uideri pos-
sint, uelut castrorũ acies ordinata. Quod
si pertinacius expostulaueris mecum de
uiolato per hoc hospitalitatis & amicitiæ
iure. Ego profecto insigne habeo exem-
plum,

plum, quo factum hoc meum facile apud omnes bonos tuebar. Etenim cum a P. Virgilio Marone testamento cautum fuisset, ut opus Aeneidos cremaretur, uelut imperfectum atq; inemendatum. Augustus Cæsar operi tam eximio piam opem laturus, eiq; contra autorem ipsum patrocinaturus, contra inofficiosum testamentum illud ista carmina protulisse fertur.

Ergo ne supmis potuit uox impba uerbis
Tā dirū mādare nefas? Ergo obit in ignes
Magnaq; doctiloq morieť musa Marōis?
Pulcher Apollo ueta, Musę phibite latinę
Hęc dedit ut pereant, ipm si dicere fas est.
Sed legū est seruāda fides, Supma uolūtas
Qď mādat fieriq; iubet, parere necesse est
Frangatur potius legū uenerāda potestas
Quā tot cōgestos noctesq; diesq; labores
Hauserit una dies. &c̄. Sic & ego dixerim tibi Villatice.

Non uiolo hospitij nec amicitię pia iura,
Dum fero opem proli, quam perdere uult pater amens.

Parce precor, amicissime Fagelle his meis uersicu

uersiculis, quos mihi & amor tui & rei necessitas ita extorquet; liberius omnino, q̃ ad te, uirum humaniss. ac omni honore dignissimum, par est. Magna enim uideretur mihi esse amētia, abolere aut uilissimo usu consumere tot ingenij tui monumenta: quae & patriae ornamento perpetuo, & omni per orbem Christianum iuuentuti usui & adiumento, ad exercitanda per imitationem tui uarijs carminibus ingenia, esse poterunt. Non enim possunt omnes mox imitari magnos illos poëtas, Virgilium, Horatium, Nasonem, Tibullum, Catullum, Martialem, &c. Nam ut est in prouerbio, Nō est cuiusuis adire Corinthum. Nec omnia possumus omnes. Expedit igitur, crassiusculis ac tardiusculis ingenijs interdum magis familiaria ac intellectu faciliora proponi poëmata, quibus ad exercitandum, pro captu cuiuslibet, stylum per uarias inuentiones (quarum certe maxima est in carminibus tuis sylua) exciten-tur. Attamen si etiam uel minima uel nulla prorsus ex tuis carminibus foret expe-

ctanda

ctanda utilitas; parcendum adhuc esset eis propter tot & diuorum & inclytorum hominum memoriam, quorum ibi & nomina & pia facta referuntur. Quot enim claros uel nobilitate ac uirtute uel ingenio ac eruditiõe uiros, in memoriam nostram reuocant carmina tua; quorum alioqui perpetua foret obliuio apud exteras nationes? Adde, ꝙ longe castiora sunt carmina tua q̃ sunt aliorum Poëtarum, præsertim Ethnicorum. Sunt quidem inter Epigrammata duo aut tria, aut ad summum quatuor, quæ lasciuius q̃ sanctis moribus tuis cõsuetum est, de amore ludunt. Quæ proinde omissurus & è classe sua eiecturus eram, nisi hæc consyderatio illa reseruasset, ꝙ arbitror ea utili fore exemplo ijs, qui aliquo capti sunt amore (uti fert iuuenilis ætas) ut exemplo tuo ad sanctiorem uitam aspirent, & cum propheta sanctissima dicant: Delicta iuuẽtutis meæ & ignorãtias meas ne memineris domine. Quod si ego te recte noui, nõ displicebit tibi tandem pia hęc mea intentio, ubi nimiam tui

abiectio

abiectionem amicorum consilio agnoue-
ris & patria chariorem non habueris. No
sti enim quae sit mea erga te, imo & erga
totum Ecclesiae Pragēsis Capitulum tum
obseruantia, tum beneuolentia. Quando-
quidem ex historijs atq; etiam ex Aeneae
Syluij, aliorumq; epistolis liquido cogno-
scere mihi uideor. Non esse hodie in orbe
terrarum Collegium aut Capitulum ul-
lum, quod in Catholica semper fide con-
tra tam graues dirasq; ac diuturnas haere-
ticorum uexationes, constantissime persti-
terit, non sine maximis uitae periculis re-
rumq; dispendijs, sicut stetit ac fecit incly-
tum Capitulum Ecclesiae Pragensis plus
quâm CXX. annis iugiter. Bene uale,
& huic meo aduersum te pro tuis Opu-
sculis Apologetico benigne (precor)
ignosce, Ex Misna, V. Idus
Augusti. An. à uer-
bo incarnato.
1535.

# IN NOMINE DOMINI, Amen.

# CONCIONES DE COENA DOMINI,

Simonis Fagelli Villatici, Canonici Pragensis Metropolitanæ Ecclesiæ, & Præpositi Capellæ Regiæ omnium sanctorum in arce Prageñ.

## PRIMA CONCIO.

BENE AC SAPIENTER maiores olim nostri instituerunt, ut perinde atq; rerum agendarum, ita dicendi initium à precationibus sumeretur, quod nihil rite, nihilq; prouidenter homines, sine deorum immortalium ope, consilio, honoreq; auspicarētur. Quimos cui potius quàm nobis, Dei optimi

maximiq;

maximique ministris sacerdotibus, aut quando magis usurpandus excolendusq́ est, quàm cum de charitate Christiana, de modestia, pietate, fide, de morum in uniuersum honestate: cum denique de rebus diuinis cęteris, atque adeo de ipso Deo ex officio functioneq́ nostra ad dicendũ excitamur? Quod hodierna die mihi quoniam per occasionem faciendi datum est negocium, aptum piumque uidetur, te ultramundane æterne summeq́ Deus precari, ut mihi digna tua cœlesti sacratissimaque maiestate, digna uenerando hoc patrum consessu, digna præterea omium: quos tu optime gentis humanæ conditor redemptor at propagator deus, hic adesse uoluisti: præsentia contingat oratio, utq́ omnibus quæ dicentur à me, libertas, fides, ueritasq́ constet. P. R. confratresq́ chariss. humaniss. dignissimiq; auditores cæteri, et domini, de Cœna nouiss. seruatoris nostri domini Iesu, Quã hodierna die sancta per orbem Christianum recolit mater eccle- Inuocatio

Mysteria coenæ domini.

sta dicturus prodeo. Cuius plura sunt sané maioraq́ sacramenta, quâm ut succincta complecti oratione, aut explicari tempore breui possint. Etenim in hoc actu Coenæ huius nouissimæ, sedula sanctissimaq́ pietas domini Iesu, documentorum suorum mirabiliumq́ anacephaleosim quandam præbuisse uisa est. Eorum inquam documentorum mirabiliumq́, quæ legis nouæ totius summam præseferunt, & certissimum quendam salutis humanæ scopum præfigunt commonstrantq́. Lauit hic suorum pedes discipulorum pius optimusq́ Magister, dixitq́, scitis quid fecerim uobis? Vos uocatis me magister, & domine, & bene dicitis, sum etenim. Si ergo ego magister uester & dominus, laui pedes uestros, & uos alter alterius lauare debetis pedes. Exemplum enim dedi uobis, ut quemadmodum ego feci uobis, ita & uos faciatis. ¶ Hoc tanto humilitatis sanctæ exemplo, eoq́ sermonis: quo opus hoc ita pium iuxta ac salutare subsequutus est:

recrepitulationem.

Ioh. xiii.

Laus humilitatis.

tus est; contextu, unice charam patri suo i.Pet.v.
cœlesti humilitatis sanctæ uirtutem du-
xit commendandam. Cuius dubium est,
sanctiorem ne, an cognitu digniorem B.
Augustinus fecerit mentionem: ubi, per-
inde (inquit) atque olim Demosthenes,
quid esse primum in oratore existimaret,
ter rogatus, ter actionem siue pronuncia-
tionem esse respondit, & subinde ad hunc
modum. Ego (inquit) id si in Christiano fu-
erim rogatus, nō aliud certe ter, quam hu-
militatem fuerim dicturus. Et hoc est ni-
mirum quod uirgo parens, cœlesti afflata
spiritu, ad Elizabeth cognatam suam lo-
quens, Luc. primo, respexit (inquit) humili-
tatem ancillę suę. Itidem, Psalmographus
rex, psalmo supra centesimū tricesimum
septimo, Excelsus (inquit) dominus humi-
lia respicit, & alta à longe cognoscit, sed ne-
que absurde facturus uidebor, si hoc loci
& temporis, Apostolorum principis bea-
ti Petri etiam hoc attexuero, Deus super-
bis resistit, humilibus autem suam dat gra
B 2 tiam, i.Pet.v.

Fidei corroboratio

tiam. ¶ Fidem deinde, quam salutis nostræ basim esse, ac radicem, in uniuersum persuasum ratumq; habemus: ut in cordibus discipulorum suorum iampridem cõceptam firmaret, ad Philippum dixit, Philippe, Qui uidet me, uidet & patrem meum. Item, ego & pater unum sumus, quibus diuinitatem suam, testatam esse, affertamq; de se fidem uoluit, fidem inquam, sine qua placere deo nemo potest. Quocirca aduersitates propter eãdem in se fidem sanctam futuras suis discipulis, quo præscitæ forent tolerabiliores, prædictas uoluit, dicens: Amen amen dico uobis, plorabitis uos & flebitis, mundus autem gaudebit, absque sinagogis facient uos, Quia uenit hora, Vt omnis qui interficit uos, arbitretur se obsequium præstare Deo, quia non nouerunt patrem neq; me. ¶ Post eam tamen exercendæ patientiæ materiam, ne inconsolatos relinqueret suos, optimus piissimusq; magister, hoc duxit subiungendum. Non turbetur cor uestrum neq; formidet

Ioh.xiiii.

Heb.xi.

Ioh.xvi.

Consolatio in aduersis.

midet, tristitia uestra uertetur in gaudiũ, iterum enim uidebo uos, & gaudebit cor uestrum, & gaudium uestrum nemo tollet à uobis. Quas aduersitates Beatus Augustinus Christianismo iudicauit esse necessarias, Dicebat enim ad Christianã pietatem pertinere, non solum bona operari, sed etiam aduersa tolerare. Quas pręterea beatas identidem dictitabat, ut quæ beatitudinem operentur, & hinc est illud beati Petri apostoli primę Canonicę suæ tertio, Et si quid patiemini propter iustitiam, beati. ¶ Quibus beatus Petrus apostolus patientiæ dotes commẽdatas uoluit, qua uirtute Tertullianus, uir neutiquam contemnendæ authoritatis, nullam inter homines pręstantiorem commodioremq; reperiri posse arbitratus est: eoq; Romanæ eloquentiæ princeps Cicero, Iulium Cęsarem nullam uirtutem dicebat patiẽtia habuisse admirabiliorẽ. Cuius rei gratia putat B. Augustinus dei prouidentia factũ, ut clarissimum in orbe terrarũ imperium

Laus patientiæ.

nomen ab ipsa clarissima uirtute patientia
obtinuerit, à patiētia, qua nosmetipsos uin
cimus, quod neutiquā factu facile existi-
mandū est, Alexandrū siquidē illum uul-
go magnū uocitatum (cui Philippus olim
Macedonum rex pater erat) orbem terra-
tum subegisse, se tamen uincere non po-
tuisse Chronicorum testantur libri, usque
adeo arduum hoc esse constat ac difficile.
Vnde illud oppido quàm elegans legimus,

Fortior est qui se, quàm qui fortissima uincit
Oppida, nec uirtus altius ire potest.

Et Christus dominus seruator noster di-
scipulos suos, non in alio animas eorum
Luc. xxi. quàm in patientia dixit possessuros.

¶ Ad ulteriora deinde prouecturus pius
Commendatio charitatis. optimusque magister, super omnia Chri-
stianismo necessariam adgressus est chari-
tatem, ad quam magno studio & toto
(quod aiunt) pectore eiusdem discipulos
suos hortari dignatus est, atque de ea ad
Ioh. xiii. hunc modum precipere: Mandatum no-
uum do uobis, ut diligatis inuicem, & non

ita mul

ita multo post ait item: Hoc est præceptũ meum ut diligatis inuicem, & ut subinde stringeret arctius, tertio sic subiungẽdum duxit, Hęc mando uobis ut diligatis inuicem. Cuius pręcepti totiẽs repetita mentio, commendatio eiusdem non uulgaris esse dinoscitur. Cuius meminit B. Bernhardus dicens, Vbi charitas est, ibi Deus lucet, ibi emicat gratia, quæ teste B. Gregorio diuisa unit, confusa ordinat, inęqualia sociat, quę de se ipsa dicit, qui non colligit mecum, dissipat. Hęc est illa P.R. confratresq́ꝫ chariss. humaniss. dignissimiq́ꝫ auditores cęteri & domini, Hęc inquam est illa Christiana mutua fraternaq́ꝫ charitas, Quam Apostolus nunc legis plenitudinem, nunc super omnia necessariam, nunc perfectionis uinculum nominat, Quã B. Petrus apostolus eam esse uirtutem dicit, quę peccatorum operit multitudinem, & rursus B. Paulus apostolus, illustre quiddam illi meritoq́ꝫ magnum attribuit, ubi qui proximum diligit, legem impleuit, di-

Rom. xiii.
i.Cor.xiii.
i.Pet. iiii.
Rom. xiii.

i.Cor.xiii.

xit: & Chorinthijs scribens eam & miraculis & prophetiæ & angelorum linguis prę ponit, Quod neutiquam temere Apostolum fecisse arbitrandum est, cum ęterna ueritas Christus Iesus dominus, eam diuino honori pręferendam censuerit, simul atq; Math. 5. dixit; Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris ꝙ frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum, & transi prius recociliari fratri tuo, Quibus sacrificium patri suo cęlesti minime acceptabile significauit, nisi in Charitate factum, quo omnia legis nouæ pręcepra recta tendere uidemus, & bene sane recteq; siquidem ut ad eam uirtutem, quam ob insignem cum eruditionem tum uitæ sanctimoniam uiri celebratissimi, ueri Christianismi probationẽ esse uoluerunt, asseruerunt q;. Quæ per etymologiam charitas quasi chora dicitur unitas. & recte certe & uere. etenim hæ duæ uirtutes ita sibi attinent, & arcta se contingũt cognatione, perpetuumq; quendam ad se

Etymologia charitatis.

habent

habent respectum, ut ibi charitas nõn sit, ubi non fuerit unitas, & ubi charitas non fuerit, ibi Deum non esse, qui est charitas, neq; animarum salutem constare in confesso est, dicente Apostolo: Si omnia fecero, charitatem autem non habuero, nihil sum. Id propterea haud dubie Christus dominus suis discipulis, unitatem, ut per quam necessariam à patre suo cœlesti ad hunc modum precari dignatus est, pater sancte, serua quos mihi dedisti, ut unũ sint ut nos unum sumus, & nõ ita multo post item. Non pro eis rogo tantum, sed & pro his qui per uerbum eorum in me credituri sunt, ut & ipsi unum sint, ut nos unũ sumus. ¶ Ex quibus habunde liquere potest. P. R. Quantum extra unitatem sanctæ orthodoxæ uniuersalis Ecclesiæ animarũ salus periclitetur. Quod uel unum B. Cyprianum martyrem & Episcopum mouisse crediderim, ut dixerit, qui unitatem sanctę uniuersalis ecclesiæ non tenet, fidem patris & filij non tenet, non tenet ui

i.Cor.xiii.

Ioh. xvii.

Extra unitatẽ ecclesiæ nõ est salus.

Cypri. de simplicitate prælatorum.

tam & salutē, & alibi sic item: Qui ab unitate sanctæ orthodoxę uniuersalisq́ ecclesię recesserit, seorsum uiuere & spirare nō poterit, substantiam salutis amittit. Quem Fulgentius sequutus, sic item ait: Qui ab unitate sanctæ uuiuersalis ecclesiæ recedunt, spiritum sactum amittunt, quę beati Augustini est sententia dicentis: Qui mysterium unitatis, id est, corpus & sanguinē domini Iesu in sacramento accipit, & uinculum unitatis sanctæ ecclesiæ non tenet, non accipit mysterium pro se, sed testimonium contra se. Apposite certe pro re loco & tēpore dictum, enimuero nisi in unitate Christiana perstiterimus, pacem quā seruator noster Christus Iesus dn̄s, ex hoc mūdo ad patrem suum coelestem iam iam rediturus, suis discipulis & omnibus nobis futuris Christianis reliquit deditq́, habere non poterimus, atq; ita neq; deum in cordibus nostris, cui non nisi in pace locus est, Quam pacem Silius Italicus, rerū omnium, quas natura dedit hominibus,

Laus pacis.

Psal. lxxv.

esse

esse optimum, B. Augusti. iustorum delicias, Erasmus Roterodamus, parentem omnium seruatricemq́;, & denicq; omnis fœlicitatis fontem dixere, Quam M. T. Cicero etiam iniquissimam bello iustissimo, iudicauit præferendam: & merito certe, in pace siquidem calent artes, florēt honesta studia, uiget legum reuerentia, augescit religio, crescunt opes, polletq́; morum disciplina, propter tot igitur eius egregia commoda, ex animo sane opanda omnibus, eam nos, à rerum omniū cōditore Deo, orantes humiliter & sedulo clamamus, Da pacem domine in diebus nostris &c̄. ¶ Nonnihil hæc boni salutarisq́; consilij habent, trahuntq́; secū, digna sane quæ perq; accurata perpendantur cogitatione. Et seruator noster Christus Iesus, in hac cœna nouissima, quam hodierna die sancta per orbem Christianum recolit mater ecclesia, mirabilium suorum, cum primis ineffabibis illius beneficentię, suæ scilicet pro nobis mortis, memoriam sempi

Vnitatis mysteriū in euchari stia.

sempiternam facturus, id est, corpus suum & sanguinem, mirabili, ea scilicet qua de nihilo omnia creauit, potentia nobis daturus. In his rebus, hoc facere uoluit, quæ ad aliquod unum rediguntur, nempe sub speciebus panis & uini, etenim ut multa grana in unum panem rediguntur, & multi racemi in uinũ confluunt, ita nos qui hoc pane cœlesti uescimur, et poculum eiusdẽ sacrosancti sanguinis bibim9, per hoc unitatis mysterium, ut in unũ redigamur & simus, Christoq; capiti nostro, ut connectamur incorporemurq;. Atqui hoc nisi fecerimus, ad illa beatissimæ æternitatis fœlicissima gaudia in cœlum cõscendere non poterimus. Nemo enim ascendit in cęlum nisi filius dei, qui de cœlo descendit, id est, nisi filio dei incorporatus, filio dei unitus atq; in eum mutatus. Quod per fidei gratiam fit, quę à deo, qui in cœlis est, descendit, Sed ut redeam unde diuerti. Corpus domini Iesu & sanguinem in sacramento esse Christianæ unitatis symbolum, testatur

Ioh. iii.

tur etiam Apostolus, ad Corint. unus pa- nis (inquit) multi sumus, omẽs qui de uno pane & de uno calice participamus. 1.Cor.x.

¶ Attamen artificio sathanę factum uide- mus, ut ea res, quę cõciliandis nobis omni- bus data est, tot olim dissidia genuerit, & nuper reuocauerit, olim inquam, anno si- quidem ab hinc supra quadringentesimũ octuagesimum quarto ut ex historijs col- ligimus, sub Pontifice summo Leone hu- ius nominis Nono, & Henrico Imperato- re nominis huius secundo, Romanis, Be- rengarius Turoneñ. Diaconus, inanis glo- riæ siti agitatus, Qui ut: Guimũdus Auer- sanus Archiepiscopus scribit, maluit sub aliqua hominum admiratione esse hæreti cus, q̃ sub oculis dei priuate uiuere catholi cus. Is hæreses scandalosas seuit pernicio- sasq́; , legittima siquidem matrimonia, de uxoribus Platonicorum & Nicolaitarum deinde dogma sequutus, euersa uoluit, par- uulorum baptisma improbauit, negabat- que esse adorandum sacrosanctum altaris Hæresis Berengar. Varii eius errores.

sacra

sacramentum, Vt quod minime uerum Christi corpus crederet, multas hoc circa parum pias quinimo absurdas mouit quaestiones, qui post deinde tot suae seditiosae factionis turbas, & plurima hoc circa malitiae suae molimina in Concilio Romano scripturis sanctis canonicis legittime conuictus, haereses suas ut legittime damnatas, publice recantauit, egitq; poenitentiam. ¶ Verum post annos deinde fere ducentos (propter peccata crediderim hominũ) eaedem in Ioanne Viclepho repullularunt, et diffuse per orbem Christianum, in Boemia à quibusdam arreptae, tandem coaluerunt egeruntq; radices, arreptae inquam per occasionem istam. In Academia Pragen. de electione rectoris, occasione uocum, simultates graues controuersiaeq; subinde & lites fuere exortae, inter Bohemos indigenas parte ex una, & Alemanos (quos per id tẽporis plurimos, usq; ad inuidiã & subinde odium Bohemorũ, habuit ciuitas Pragẽ.) pte ex altera. Per senten

Haeresis Vinclephi in Bohemiam deriuata.

Origo & occasio dissidii.

sententiam uero regis Bohemorum Vences lai, nominis huius tertij, litis emersæ iudicis, ab Alemanis uocibus ad Bohemos translatis, multo maxima odia creuere, eousq; , ut aliquot Alemanorum omis ordinis & conditionis milia, urbem Pragen. reliquerint. Ecclesiastici beneficijs, literarum & philosophiæ cęterarumq; artium professores collegiaturis, cęteri (quorum ingens numerus erat) rebus suis ac domib. illic relictis, qui extra regnum deinde constituti, in eorū domos beneficia & collegiaturas successores ad urbem Romanā, ubi summa iuris dicēdi erat, citauere, citati, siue iustitię suę diffidentes, siue qui in processu litium causarumq; forensiū ueniunt expensis deteriti sumptibusq;, rimam suffugij quęsiere, atq; doctrinā Vickephi per id tēporis orbem christianum peruagantē (cuius nō ita multo antecōmemini) q̃lis q̃lis fuerit, quia destinato eorum negocio perq; uisa est accōmoda, qd iuris canonici ecclesiasticarūq; cēsurarum autoritatē nihili faciendā sua

seris

ferit asseruerintq́ʒ, ne ijsdem parere uiderentur obnoxij, per occasionem rerum agendarum optimam adiutricem, arripuerunt, & sub hoc nouæ doctrinæ prætextu, Viclepho nomina dantes, obedientiæ sanctæ renunciauerunt. Qui motus deinde propterea quantaq́ʒ bella suscepta sequutaq́ʒ fuerint, argumento sunt fidemq́ʒ narrationi faciunt, passim conspicuę per Regnum Bohemię templorum, arciũ, Ciuitatumq́ʒ ruinæ, ne quid dicã interim de pagis, quos propemodum (ut ita dixerim) infinitos, destitutos habitatoribus in hodiernũ usq́ʒ diem, incultos desertosq́ʒ uidere est. Quibus deinde modis à tott erroribus hęresibusq́ʒ ad eum, in quo nunc statu est Regnũ Bohemiæ deuenerit, per longum referre esset. ¶ Quas hæreses Lutherus, Saxonũ pseudapostolus, & ex eo progeniti Carolostadius, Zuinglius, Oecolampadius, & id genus alia hæreseos portenta, digna Ludero suo parente proles, nuper reuocauerunt esseruerunt q́ʒ, quorum scire nihil est aliud

Mala per hæresim in Bohemia data.

...æ in ...ma- ...ctæ.

aliud

aliud, quàm Berengarij Viclephiq; remi-
nisci, q̄d eorū scire hæreticū, quia impune
grassatur, id genus errorū fecem, quæ iam
olim apud rusticos nostros euiluerat, ho-
die renasci, repullulare, atq; iam etiam her
bescere uidemus. Quas inquam hæreses
Viclephi & ab eo in Lutherum ductas di
riuatasq;, scripturis sanctis Canonicis le-
gitimisq; olim satis & copiose repressere
confutauereq; plurimi, precipue Guimun
dus Auersan⁹ archiep̄s & Algerus, uiri cū religione pietate, tum singulari eruditione insignes, quorū libros his temporibus no-
stris perquā accommodos Erasmus Rote
rodamus, ille cui nostri singulare ornamē-
tum, ille inquam literarum theologiæq; in
staurator restitutorq;, ut quondam signo-
rum Camillus, nuper è situ, in lucem asse-
ruit, Quem nos ingenij & doctrinæ prin-
cipem, quod olim de Platone Cicero di-
xit, iuste possumus dicere, ad quorum le-
ctionem, dum hic commode per tempo-
ris angustiam & eorum amplitudinem re

Guimundus et Algerus.

 censeri

censeri non possunt, D. V. remitto, quos ipse Erasmus Rot. summo cum animi fructu se perlegisse scribit, scribit præterea & si nunquam dubitauerit, de ueritate corporis & sanguinis domini in sacramento altaris, ex eorum tamen librorum lectione, non parum sibi & confirmatam sententiam, & auctam reuerentiam. ¶ Quamobrem si qui his memoratis hæresibus nuper reuocatis de fide odorandi sacrosancti altaris sacramenti decussi sunt, aut quouis modo alio fluctuant (quos quidem proh dolor multos scimus uidemusque.) Hi certe cum primis, uerbis domini Iesu, super cœnam in re præsenti prolatis, istis: Hoc est corpus meum, sisti firmarique possunt, quæ quidem uerba, Christus dominus aperta clarioraque esse uolens, nō ita multo ante Ioannis 6. dixit, Panis quem ego dabo, caro mea est, His deinde sequentibus, quod pro uobis tradetur, itidem ad speciem sacrosancti sanguinis, qui pro uobis effundetur, tradenda se dare significauit, traditus est aūt ipse Christus

In eucharistia est uerū corpus & sanguis Christi.

stus, dedit itaque seipsum, cuius commemini- nit Apostolus 1. ad Thi. 2. Christus inqui- ens Iesus tradidit semetipsum in redempti- onem pro omnibus. Quod & B. Thom. Aquinas in hymno de cœna domini ex- pressit, ubi nascens (inquit) dedit se in soci- um, conuescens in edulium, moriens in p̃- cium, regnans in premium, dedit inquam seipsum sub speciebus panis & uini mira- biliter, ut mirabilium operator, At non mi- rabilius certe quàm olim in utero uirginis concipi uoluit, quod Luc. 1. legimus credi- musque horum incogitabile utrũque, incom- prehensibile utrũque, uerum hoc demũ sua incomprehensibili potentia dignum, incō- prehensibilia beneficia largiri. A uero il- lam mirificæ naturæ rerũque omnium opifi- cis ac domini potentiam diligentius, si per- penderemus, neutique tanta duceremur ad- miratione, qui nutu potest quicquid uult, apud quem non est impossibile omne uer- bum. Item sisti possunt uerbis Apostoli, 1. ad Cor. 11. istis; Ego enim accepi à domino

Confirmatio ueritatis.

quod & tradidi uobis &c. Tum Sinodorum autoritate, Clarissimorum deinde uirorum insigni cum eruditione, tum sanctitatis opinione celeberrimorum, super eo libris editis, postremo tanto tamq́ diuturno populi Christiani consensu, & tanto seculorum usu, sisti & firmari possunt, atq́ statuere apud animum suum, ut concorditer inconcusseque credãt, & pro dignitate sanctitateq́ sacramentum hoc sacrosanctum pie tractent, uenerentur, adorentq́. Tantam pręterea, tamq́ gratuitam generi humano diuinitus factam gratiam cõmemorantes, sumant in peccatorum remissionem. ¶ At quis existimet quæso horum quicq́ illos credere ex animo, aut facere, qui dum hoc sacrosanctũ celebratur mysterium, tanquã res ludicra agatur, garriunt ad altare dei, tractant, disceptant contenduntq́, adeo, ut interim sacra facient se in aula uerius constitutum quâm in ecclesia existimet. Aut illos qui fabulis inanibus tempus terendo, obambulat, mutua

Reprehen sio irreligiosorũ circa missam

tua

tura sermonis uicissitudine cœnæ hesternę obscenia commemorantes, obsonia dixisse nolebam. Qui scire certe meminisseque deberent, hoc altare dei circumstare adorandos spiritus angelicos, adesse eum, in quem tota cęlestis curię militia gaudet ꝓspicere. Deum atque hominū fidem, quur illis non in mentem ueniunt uerba diui patriarchę Iacob dicentis, Vere est dominus in loco isto, nō est hic aliud nisi domus dei & porta coeli. Ge.xxviii. Aut B. Nili martyris & episcopi de ecclesia sic scribētis, In ecclesia nō secus quàm in cœlo uersare, nihil ibi terrenum cogita, nedum loquaris. Animū præterea eorum pulsare mouereq; etiam beati Augustini doctrina deberet, fratribus præstita, quæ habetur in Canone dist. 43. ista. In oratorio præter orandi psallendiq; cultum, penitus nihil agatur, Postremo cōmonefieri habunde possint hi, si quis modo sensus inest his, uerbis sacerdotis exhortantis, dicentisq;, Sursum corda, item gratias agamus domino deo nostro, uere etē

 dignum

dignum & iustum est, ęquum & salutare. Hic attollere mentem, hic cor erigere, hic attentione magna, magna denicꝫ deuotione & reuerentia, atcꝫ etiam ingenti tremore huius tercꝫ quatercꝫ adorandi mysterij dignitatem perpendere, & subinde sumere reuerenter ac deuote. ¶ At certe ut nostra quocꝫ (ut aiũt) uineta cędamus, quo populus pro dignitate sanctitateque, hoc sacrosanctum ueneretur mysterium, adoretcꝫ, non parum momenti habet conuersatio nostra, nostra inquam conuersatio, qui theologiam uitæ Christianæ magistram profitemur, quorũ doctrinæ & professioni, facta cõtraria si æmuli ordinis nostri uideant, Deum immortalem, quanta continuo cum ignominia, quot sannis, & scommatis, carpant adlatrent subsannentque, & ut sęculi huius sunt mores, amarulenta uerborũ acritate misceant ima summis & candida nigris. Præsertim fex ista Luderi ac Pichardi, qui omia studia, omes conatus, omne denicꝫ ocium atcꝫ negocium,

Admonitio sacerdotum ad sancte cõuersandũ.

Fex Lutheri cõtra sacerdotes.

um, eo conferunt, ut opinionem nostram apud promiscuam plebem, & omne hominum genus extenuent, traducantq;. Quocirca eo dementiæ per inuidiam (quæ nusquam non regnat) prolabuntur plærumq; miseri, ut minus uidendo plus uideant, & pituita malitiæ oculis uiciatis, eo ueniunt erroris, ut nihil uidentes, uidere se tamẽ arbitrentur, uel Chymerã uel id genus quippiam aliud. ¶ Sed missos faciamus eos, & pro nostra professione ordinisq; sanctitate, perinde atq; uirtutum fideiq; sanctæ decet antesignanos, enitamur esse quod dicimur, quodq; dici uolumus, enitamur inquam ne in nobis uideant, quod uere bonoq; iure arguere, aut quod (qui eorũ mos est) calumniari ridereq; possint. alioqui certe perinde atq; grammaticos se professos rident, si barbare loquantur, aut si absurde canant, qui se haberi uolũt Musicos; quod in hisipsis peccent, quorum scientiam profitentur, Nihilo minus nos theologos, qui sacra tractamus, docemus, ministramusq;

Vt professioni uita respõdeat

ridebunt, si in rationē uitę Christianæ pec cantes uiderint, atq; eo amplius ridebunt, quod in officio, cuius Magistri esse uolumus, labamur, artemq; uitæ Christianę ꝓfessi, in eadem delinquamus. ¶ Inter natos mulierum quo non surrexit maior Ioannes Baptista, præcursor domini, nobis exemplo esse potest debetq;, qui diuinitus sibi functioni destinatæ ut se parauerit, sancti enarrant euangelistæ, puer in desertum abijt, illic in summa uitæ puritate, sobrietate, continentia, austeritate, modestia, & ut semel dicam, in omni sanctitate uixit, interea usq; dum uerbum domini ad se factum audiret. Qui tamen tanta domini Iesu incarnati dei, celsitudinis pterritus amplitudine, destinatum sibi negocium, indignitatis suæ citato in hoc prætextu cœpit declinare auersariq;, donec filij dei admonitione intercedente, esset animatus, at papę quanto cum tremore, illum tandem sacrosanctum uerticem dñi contigit. Quod certe nos ut identidem perpendamus, in-

Exemplū Io. Bapt.

Matt. iii.

Vt nos ipsos antea probemus.

nuere

nuere uidentur uerba Apostoli, dicentis: Probet autem seipsum homo, id est, cordis sui penetrale ingrediatur, & suam met ipsius interroget consciētiam, quod Esaiæ uerbis ut faciamus, itidem admonemur, Lauamini dicentis & mundi estote, pręcipue nos, nos inquam præcipue, huius adorandæ functionis ministros, non probari modo lauariq;, sed & sanctificari oportet, ut non gesticulationibus tantum, non uestitu tantum ac uocibus, sed totius uitę tenore, muneris nostri dignitati respondeamus. ¶ Ergo propterea seruator noster Christus dominus in hac cœna sua nouissima, quam hodierna die commemoramus perinde atq; olim Moyses lauit, Aaron & filios eius, suorum discipulorum duxit lauandos. Et recte quidē, ut qui mundos habere uoluit, neq; tamen (ut sunt humana) habuit, in eo haudquaq; numeroso collegio, alioqui minime dixisset mundi estis, sed non omnes proh dolor, & hodie in ordine nostro, non pauci parū bene loti mun

i.Cor. ii.

Esa. i.

Cur Christus suis lauit pedes.

diq; inueniri possint, dum nemo existat cuius uirtutes nullo uitiorũ confinio lædantur, & ut absolute dicam, cum nemo sine crimine uiuat. Hos ipsos itaq; Esaias, lauacro pœnitentiæ præceptorumq; dei obseruantia lauandos, & gentium doctor Apostolus, probandos, uoluere, non ignari, purissimi illius rerum omniũ conditoris dei, ad cuius puritatem parum pura est, cõspicua nobis, solis claritas, decere bene lotos mundos purosq; esse ministros. Ethnicus author Plinius secundus Iunior, queso qd dixerit, audite: Dij (inquit) non tam accuratis adorantium precibus, quàm innocẽtia & sanctitate lætantur, gratioresq; existimantur qui delubris eorum puram castamq; mentem, quàm qui meditatũ carmen intulerint. Si ethnici idololatræ hoc sensere, papé quanta Christianos, quanta nos peculiares Dei Opt. Maximiq; ministros ac sacerdotes, decet puritas, sobrietas, pudicitia, quãtitas uulgarium uoluptatum contemptus? Quantus diuinarũ literarum

Esa. i.
i. Cor. xi.

Insigne dictũ Plinii.

rarum amor? Quàm indecorum est, sacerdotem mox à tali mysterio, quod diei reliquum est, compotationibus prophanis fabulis, chartis, alea, aut ociosis obambulationibus consumere? ¶ Agitedum fratres charissimi, agnoscamus, agnoscamus inquã nostræ professionis sublimitatẽ: cum adstamus altari, ministros habemus angelos, hinc digressi proh dolor plerunq; non grauamur esse sodales infimæ fecis hominum, ne quid interim dicam asperius. Faciamus eia faciamus, ne mores nři, qui functionẽ obimus angelica dignitate maiorẽ, ansam porrigant hæreticis, de tã ineffabili mysterio impie sentiendi. Agitedum inquam queso cõfratres charissimi, & quâm fieri potest uigilantius honorificemus ministerium nostrum, facti imitatores doctoris gentium beati Pauli, perinde atq; ipse Christi fuit, itidem instructi documento Beati Petri Apostolorum Principis, hoc scilicet, Conuersationem habẽtes bonam; & (ut nunc sunt tempora) inter Pichardos hæreti-

Exhortatio ad sanctitatẽ uitæ.

i. Cor. xi.

i. Pet. i.

Pichardi rustici.

hæreticos, quos Luderus nimia ruditate pditos rusticos Bohemos nominauit, Luderus inquam, cui non parum in cognoscendis hæreticis credendum censeam, ut qui tantum temporis & operę his prouehendis ampliandisq; locauerit, qui est tam fece hęreseos perfusus et actu, ut nemo alius magis, inter Pichardos inquam illos, rudes blasphemosq;, conuersationem habẽtes bonam, ut in eo quod loquũtur de nobis, tanq; malefactoribus, ex bonis operibus nos æstimantes, glorificent Deum in die uisitationis, & Christus Iesus seruator noster, qui nos per suam gratiam segregauit in opus Euangelij, ille inquam, ille nos tãdem honorificabit, tum apud homines, tum apud patrem suum cœlestem, qui est benedictus & gloriosus in sęcula sęculorum, Amen.

i.Pet. ii.

Dixi.

De

# DE COENA DOMINI, CONCIO Secunda.

PROVIDA ET ueneranda uetustate, haud immerito etiam sacra censenda, maiorum nostrorum autoritas, P. R. confratresque chariss. humaniss. dignissimiq; auditores cæteri, & domini, prouida inquam illa, uenerandaq; Maiorum nostrorum autoritas, perinde atque olim omnia prudenter sapienterq; prouidit, ordinauitq; in hac ecclesia sancta Metropolitana Pragen̄. ita & orationem ad Clerum latinam habendam, & id quidem singulis annis, futuris perpetuisq; temporibus, in commemoratione cœnæ nouissimæ seruatoris nostri domini Iesu, quę per orbem Christianū à fidelibus Christi, hodierna die sedula sacratiss. religionis pietate reco-

Statutum eccles. Pragensis, de habenda concione.

te reco-

te recolitur, habendam inquam latinã ad Clerum orationem, prouide ordinauit sane prudenterq;, cùm non per quemlibet, uerùm per hominem pleniss. autoritatis, quo pondus dicendis, nòn secus quàm ab oraculo quodam proditis, constaret. Nempe per ipsum Reuerendissimum ecclesiæ huius sanctæ Archiepiscopũ, qui pro tempore fuerit (penes quẽ rerum omniũ summa, totius uniuersæq; diocesis Pragen̄. pleno iure esse dinoscitur) id fieri uoluit, si per id temporis presens fuerit, sic equidem statutæ ecclesiæ huius sanctæ prouisum cautumq; legimus habemusq;, quem iam ut tandem aliquando habeamus, uideamus, faxit illa diuina æternitas, oramus. Quæ ratio dicendi, hodierna die ad Clerum, eo diligentius prosequenda est, sane quo per defectum legitimi tantiq; præsulis: sede scilicet iniquitate temporum uacante: fit rarius, Deum & hominũ fidem, quot quãtaq; uitia per licentiã, qua (ut Comicus inquit) omnes deteriores sumus, pullulant fiũtq;?

Quam

Quamobrem cum utile tum necessarium fore existimem, id ut fieret frequentius, & per eum ad quem pertinet maxime, quod hodierna die ita (ut paulo ante commemini) sede uacāte, per me ut fieret prouisum est. Prouisum equidem est, cęterum ne parum bene prouisum sit, uereor. ¶ Sunt enim haud parum multa, hic quæ distrahunt me plurimum urgentq́. Primum, locus in quo mihi dicendum est, ille celeberrimus, deinde quam uidetis, doctissimorū hominum, hęc circumfusa frequentia. Postremo ingenij mei mihi multis modis explorata exiguitas, cum hoc, hodierna die imposito mihi, dicēdi munere collata, collata inquam etenim ut uere ita perquam scite festiuus canit poëta Martialis:

Excusatio cōcionatoris.

Qui sua metitur pondera ferre potest.

Et quis enim ego sim, qua auctoritate, qua eruditione, aut qua denique eloquentiæ gratia prædítus, non dubito nosse quàmplurimos, non dubito undecunque potius magisque, quàm aut ab eruditione, aut

aut ab aliqua eloquentiæ parte, me uobis esse cognitum, utcunq; sit, sic uisum est placuitq; patribus. Quapropter si quis pensitatim hæc examussimq; expendere uoluerit, ut nonnunq; iumento ineptiori, manticas imponi sarcinasque uidit, nihilo secius certe hoc hodierna die dicendi munus impositum mihi indicabit.

Inuocatio numinis.

¶ Quod sua difficultate me quanto stringit arctius, tanto Dei Opt. Max. auxilio in confesso est me egere impēsius. Quod inprimis implorandum esse uideo necessarium, faciamq; id protinus & sedulo. Interea uero officij nostri pietatisq; fuerit, Digniss. humanissimique auditores & dñi, huic conatui meo, ut norunt, salutari cęlestis gratiæ auxilium comprecari, cœlestis inquam gratiæ, sine qua nihil potest humana infirmitas, quod ego uel hoc breui Carmine, faciendum existimaui.

Vota precesq; meas, audi de sede Polorū,
Magne deus potentiæ
Dirige nutantē linguā, mentēq; guberna,
Director

Director ô pijssime,
Digna satis referet mea mens, & grata sui
perq; Tuo irrigata numine,
Eia meis uotis adsis clemens, precibusq;
Dator benigne gratiæ.

AD Clerum uerba facturꝰ, haud abs re meoq; pręsenti instituto fecisse ui debor, si christianũ Ciceronem, Beatum Hieronymũ sequutus, à nominis interpretatione exordiar, qui de uita Clericorum scribens, inquit: Clericus qui Christi seruit ecclesię interpretetur primum uocabulum suum, & nominis diffinitionem prolata, nitatur esse q̃d dicitur, Cleros em̃ gręce, sors latine appellatur. Ideo enim clerici uocamur, uel quia de sorte domini sumus, uel quia ip̃e dominus sors, id est, pars nostra est, Qui autem uel ipse pars domini est, aut dominum partem habet, talem se certe exhibere debet, ut & ipse dominũ possideat, & â domino possideatur.

Hiero. ad Nepotian.

Clerici unde dicuntur.

¶ Hac cum erudita tum officiosa salutarique admonitione, Beatissimus Pater nostrum

Vt sacerdotes functioni suæ respondeant.

strum pectus pulsat, & abunde affluenterq; declarat, quâm magna nobis ex officio sacrosancti sacerdotij suscepto, instet necessitas, summa ope inniti, totisq; in hoc incumbere uiribus, ut uocationi nostrę, sacratissimęque professioni respondeamus, utq; quod dici haberiq; uolumus, esse enitamur, ut perinde atq; cæteris officij dignitate præstamus, sic uirtutum sanctimoniæq; lucem præferendo præeamus; luceamusq;, ut ad laudãdum deum patrem, qui in cœlis est, qui nos per suam gratiam huic sacratissimæ functioni destinauit, uitæ nostrę exemplo tum utriusq; legis diuinę aliarumq; scripturarum sacrarum salutari uigilantiq; doctrina, quâmplurimos efficaciter commoueamus accẽdamusq;, ut bene appositeq; serui fideles prudentesq;, super familiam domini constituti dicamur, & merito laudemur, hoc est (ut compendio dicam) ut hanc sacrosancti sacerdotij functionem, pure, caste, sancteq; sustineamus, tractemus, administremusque. Non

ignari,

ſignari,ſuſtinere nos negocium, nõ quodpiam terrenum,imò cœleſte,ſublime, uereq́ꝫ Angelorum. ¶ Sacerdotium enim, (ut uerisſime inquit B. Chryſoſtomus) in terra quidem peragitur, cæterũ in rerum cęleſtium claſſem ordinemq́ꝫ referendum eſt,atque id per quàmmerito,quippe non mortalis quiſpiam,non Angelus,non Archangelus, non quæuis alia creata potentia Sed ipſe ſpiritus cœleſtis Spiritus ſanctus,ordinem noſtrum diſpoſuit, qui nobis hominibus etiamnum in carne manẽtibus, hoc eſt, mortalibus auctor fuit & eſt,ut miniſterium angelorum animo concipiam⁹,habeamuſq́ꝫ. Et hoc eſt nimirum quod idem ſpiritus cœleſtis, Spiritus ſanctus, per Malachiam prophetã innuebat, dicens: Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam,& legem exquirunt ex ore eius,quia angelus domini exercituum eſt.

Sacerdotium qd ſit.

Malach.ii.

¶ Quocirca duo ueniunt P.R. attente nobis conſyderanda,primum eſt ſacroſancti ſacerdotij ſublimitas,perquàm religioſe reueren

Sacerdotii dignitas & ſublimitas.

uerenterq; obeunda. Alterum eiusdē sublimitatis usq; adeo eminentis, casus periculosus uehementerq; formidandus, & uel ob id iugi in memoria nobis habēdus semper, Sacrosancti sacerdotij dignitatis sublimitatem super terrenos ordines omnes, imo etiam angelorum principatus esse, q̃ tus quisq; est qui nesciat? Qui modo seruatoris nostri domini Iesu uerba (quæ Ioannis 20. capite habentur) audierit, intellexerit, crediderit q; Nimirū ista: Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Quæ nō ad terrenos principes, non ad angelos, nō ad archangelos, sed ad discipulos suos apostolos, eorumq; successores sacerdotes, dicta esse uoluit. Quibus auctoritatem sacerdotalem dignitatemq;: quę non mortalia corpora respicit, sed ad animos se extendit, & pertingit ad cœlos usq;, clare demonstrauit. Item Matthe. 18. his similia, si quis diligenter perpendat, ista scilicet: Quæcunq; solueritis super terrā, soluta erunt et in coelo, &

lo: & quæcunq; ligaueritis super terram, li gata erunt & in cœlo. An non admirandam autoritatem quandam, dignitatemq; præseferunt declarantq; uerba hæc, Quęcũq; solueritis ligaueritisq;, fortasse istam, Quod quæ nos inferne sacerdotes confecerimus, illa superne dominus rata habere dignatur. Atq; etiam sententiam seruorum, dum modo clauis non erret, pro sua infinita misericordia, benigne confirmat.

¶ Quid ad hanc magnopere mirãdam, ordini nostro diuinitus collatam gratiam, addi posse quis existimet: Illã scilicet, Qđ qui sursum cum deo patre in illo cœlestis gloriæ solio sedet, nẽpe Iesus Christus dei filius, instaurator orbis, seruatorq; humani generis. Ipse inquam ipse, in illo temporis articulo, dum sacrificio incumbimus, precesq; desuper fundimus, etiam manibus nostris tractari dignatur. Insuper seipsum nobis tradit excipiendum, dum inquam sacrificio incumbimus, precesq; desuper fundimus, etiam ne inter mortales

Quãta dignitas in celebratione missarũ

tunc seruari nos putamus? aut in terra consistere censemus? An nõ potius euestigio, nudo animo, puraq́ꝫ mente, ea conspicere quæ in cœlo sunt, & quadamtenus etiam gustare iam, ea quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit?, papè quàm magnum stupidumq́ꝫ miraculum, quàm magna optimi maximi dei erga hominum genus pietas, beneuolentia atqꝫ charitas. ¶ An non ergo P. R. confratresq́ꝫ chariss. necesse erit, tanta nos oportere esse uitæ sanctimonia puros, ac si in cœlo constituti inter cœlestes illas angelorum cohortes medij staremus? Quis ergo est queso, qui illinc imminere neget illum nostrę dignitatis adeo periculosum & tantopere metuendum casum? de quo in altera huius orationis parte dicturum me sum pollicitus, in quo recensendo certe non possem esse non copiosus, ultro sic undiqꝫ affluentibus, tot argumentis & exemplis, nisi ad aliud diuersum, nẽpe ad finem faciendę orationis, me tpis perpelleret angustia, qua urgẽte orationis

Puritas uitæ necessaria sacerdotibus.

onis meæ uela contrahere necesse habeo, atq; quam poterit fieri breuius, id persequi. ¶ Patres R. confratresq; charissimi, pastores populo dei dati sumus, facti fidelium norma, facti ut lucerna in candelabro, ut luceamus omnibus qui in domo sunt, quæ est ecclesia, ut luceamus etiam his, quiqui extra domum sunt, ut uidentes ingrediantur, Videntes inquam opera nostra bona, audientesq; uerba uitæ æternæ, hoc siquidem nomine, sal terræ atque lux mundi dicti sumus, obnoxij scilicet, præferre facem, illuminare patriam, cœlestisque alimoniæ prębere pabulum, quod est uerbi Dei uitale semen; atque ad hunc modum, infirma curare, derelicta uisitare, dispersa quærere, confracta solidare, & quod stat enutrire. ¶ Quod si uia uirtutum sanctimoniæque neglecta, per mundi sensuumque abrupta deuiauerimus, tunc minime ex sacerdotio dignitatem, quinimo magis ueriusque crimen, maculamq; indelibilem referemus.

Sacerdotes ut lucerna cæteris eē debent.
Matthe. v.
Luc. xii.

Ezechiel. xxxiiii.
Sacerdotum peccata grauiora quā aliorum.

Hebr.xiii. Obseruamur etenim miseri obseruamur, adde huc quod exactissimam omniũ redditturi sumus rationem, quãtoq; pluribus prælati sumus, tanto plures lędimus, & longo interuallo alijs grauiore reatu peccamus, ubi peccamus. ¶ Quod rerum
Mysteriũ Leuitici. omnium conditor deus ostendere uolens, Leuit. 4. Mandauit pro peccato sacerdotis tantum, quantum pro uniuerso populo sacrificium offerri. Quod quidem quid
Vide Chrysost. de dign. sacerdo. lib. vi. capi. xi. aliud significat, quàm sacerdotis uulnera tãto maiori medicamento atq; auxilio indigere, & tanto q̃to sit uniuersi populi uulnera indigent. Quod certe haud immerito dictum existimari debet, tãta siquidem dignitatis sublimitas, tantam secum periculi molem trahit, Enimuero perinde atq;
Matthe. v. Luc. x. suaue honorificũq; fuit audire; Vos estis sal terræ, Vos estis lux mundi, qui uos audit me audit. Ita minime amęnũ erit, quinimo perquàm durum, sustinere hanc uocem nobis dicentem, Atqui ego uos delegi ex omnibus tribubus terræ, propterea uindica

bo in uobis impietates uestras. ¶ Et hoc est nimirum quod seruator noster cũ dolore & toties repetẽdo dicit, Væ uobis scribæ & pharisæi. Atq; etiam ex hac uerborum imagine liquere potest, non aliorsum spectare uerba Diui Hieronymi dicentis: Non est facile stare in loco Petri, & tenere cathedram Pauli, cum Christo regnantium. Plurima id genus sciens, uitandę prolixitatis gratia, prætereo, quæ nos respiciunt & recta petunt, quæ nobis necessario in animo habenda sunt semper, imisq; infigenda sensibus, ne tanti mali tam periculoso dispendio obnoxij uideamur, aut ueri eius simus, neue per nostra merita æterno inferorum carceri iusta domini sententia deputemur. ¶ Deum immortalẽ, quàm magna ope niti necesse habemus, totisque in hoc incumbere uiribus, ut uocationi nostræ, sacratissimæq; professioni respondeamus, ut quod dicimur diciq; uolumus, simus, uera germana legittimaq; Chrĩ apostolorum succeßio, Gens sancta, populus

Matt.xxiii

Exhortatio ad sanctitatẽ uitæ.

i.Pet.ii.

ii.Tim.ii.

ii.Cor.ii.

 acqui

acquisitionis, uasa ad laudem & honorem DEI sanctificata, ut simus bonus odor in omni loco, ut simus fide fundati, charitate armati, humilitate protecti, omni denique uirtutum genere conspicui, ita ut digne rerum omnium conditoris Dei, cantemus gloriam, prædicemus magnificentiam, potentiam, clementiamque. Atque ita demum, ut unigeniti filij sui domini Iesu cœnã nouissimam, passionisque eius memoriam fructuosissimam recolentes, eo uirtutum sanctimoniæque apparatu instructi, adeamus peragamusq́ue, ut sacrificium nostrum domino sit acceptabile, ut digne tandem meritorieque pro ecclesia sancta Dei, omnique eiusdem gradu, pro pastore nostro in terris uniuersali, beatissimo Papa, pro serenissimo longeque clementiss. Rege nostro, D. D. Ferdinando oremus, exoremusq́ue, ecclesiæ & regno pacem, Sereniss. longeque clementiss. Regi nostro Reginalique maiestati, cum eorum prole charissima

Ad præcãdũ pro rege FERDIN.

rissima

rissima, nobisque &c. Quid nobis? Quin sacro imperio, quin tot regnis, quin tot Ducatibus, tot Comitatibus, tot denique Dominatibus optatissima, longam uitam cum omni fœlicitate coniunctam, Serenissimo multoque clementissimo Regi nostro, gloriosam semper ex hostibus uictoriam, subditorum ueram, debitam, promptamque obedientiam & amorem, Victoriam inquam ex hostibus speciatim Mahumetistarum Turcarumque immanibus beluis, ecclesię Christianæ perduellionibus, gente omni scelerum ac flagiciorum genere contaminatissima, bellis internecinijs Christianorum adeo dedita, adeo sanguinis Christiani sitibunda, ut tametsi iam toties sanguine Christiano fuerint repleti, nunquam tamen saciati, quin semper sitiant, sitienterque urgeant, & grassentur. Faxit diuina Maiestas, gens illa, ita immanis, ità barbara, ita scelerata, ita nobis inimica, & (ut semel dicam) ita nomini Christiano infensa,

Pro Victoria ex Turcarum gēte pessima

iam

iam tandem gloriose uicta, & superata pel-
latur propellaturq́;, ultra Hellespontũ, un-
de ad nos malum attulit pedem, ne ita mi
sere semper Christianorum insultet ceruí-
cibus. ¶ Sed uereor, ne merito hęc pati-
amur, neue digne atq; etiam iuste corripia-
mur, quia pro peccatis nostris: quæ ita in
Christianismo aucta sunt, ita excreuerunt
ita exundant, & eò processerunt ascende
runtq́;, ut prope iam non sit ultra quo pos-
sint. Ah iam tandem perfricta fronte pu-
dorem omnem abstersimus, omnia iam
uerecundiæ repagula discussimus. Quic-
quid unquã apud Ethnicos fuit auaritiæ,
quicquid ambitiõis, quicquid luxus, quic-
quid factus, quicquid tyrannidis, id imita-
mur, æquamus (proh dolor) & uincimus.
Agitedum conferãtur primordia nascen-
tis ecclesiæ, cum istorum temporum mo-
ribus, et uidebimus certe, ita ut occasus ab
ortu, nos discessisse, mutatosq́; ab illis. Sed
interim hæc missa faciamus, maiora siqui-
dem sunt, quàm ut hic obiter de his loqua
mur,

Reprehen sio uitiorum.

Quid orã dũ a Deo.

mur, reuersiq; ad rem institutam, oremus nobis, tum omnibus in Christo fidelibus, totiq; Christianismo, christianam charitatem, unitatemq;, mandatorum dei custodiam, malorum detestationem, & ab his auersionem, in bono perseuerantiam, augmentumq; salutare. Siquidem his copijs hoc apparatu & machinarum genere, illas ecclesiæ catholicæ uniuersæq; reipubl. Christianæ nocentissimas pestes, sectas, schismata, hæreses, fractum conuulsumq; iri, & utcunq; ab unitate orthodoxæ fidei auersos homines, rursus commodius facilius q; tãdem reduci posse crediderim. Maxime nunc, ita sancte in hoc inuigilãte Sereniss. lõgeq; clemẽtissimo, & merito optimisq; rõnibus etiam Christianismo dicendo, rege nostro D.D. Ferdinando &c. illi in eo ut in alijs, diuina opem ferẽte gratia, quæ suos non deserit, tametsi iactari patiatur. Eadem aderit & nobis, si tales mõ fuerimus, quales ipsa diuina grã nos esse uult, quales esse iure debemus, tenemurq;, si ita esse,

Quomodo exorabimus Deum.

esse, ut dici Christiani esse uolumus. Quod fiet certe, si, ne in uanum eandem spiritus sancti gratiam sumpsisse uideamur, laborauerimus: si ut filij lucis ambulauerimus, si denique nemini ullam offensionem dederimus, Cum primis & maxime, nos P. R. confratresque chariss. ad quos iste hodiernus est sermo, nos inquam, si sacrosancti sacerdotij dignitatem Christiana pietate, auctoritatem uitae puritate exaequauerimus, si denique non uocabulo solo aut uerbo (Verba enim deficientibus factis erubescunt) Quin imo magis ueriusque, si uitae sanctimonia sanaque & salutari eruditione, nostrae dignitatis unctionem commonstrauerimus. In quod tota ui animi ut incumbamus, ego uestras omnium paternitates, uniuersumque ordinem nostrum, oro, obsecroque, atque etiam pro persona, quam in hoc actu hodierno sustineo, hortor. Quod quidem facio ob id, & maxime, quia his fatalibus rerum humanarum tumultibus, corruptissimisque temporibus haec restare sola uideo, quae

Quid nobis restat.

quæ nos utcunq; hominibus uenerabiles, diuinæ maiestati charos reddere possunt. Hæc superesse sola, quæ maxime placare dominum Deum, plurimum ædificare populum, commodissime ordinem nostrum instaurare ualeant. Quamobrem Pa. Re. confratresq; charissimi, ad hæc ita nobis salutaria, ita domino Deo acceptabilia, & populis cõmendabilia, ut pie ita perquam strenue amplectenda obseruandaq;, nos animet, fingat, formet, dirigatque, rerum omnium conditor Deus, qui est benedictus & gloriosus in sæcula sæculorum.

Dixi.

# DE COENA DOMINI, CONCIO Tertia.

COENAM NOVISSImam seruatoris nostri domini Iesu, hodierna die, per orbem christianum, sancta recolit Mater Ecclesia, quam Christus Iesus dominus, optatissimus ille Messias noster, salutis humanæ assertor et uindex, modis omnibus optimus maximus desyderio desyderauit, mādūcare cū discipulis suis, anteq̄ pateretur. Tātus hic P. R. uiri optimi cæteri ac domini, tantus inquam hic domini Iesu, cœnæ huius suæ nouissimæ, suis cum discipulis manducandæ desyderij affectus, satis superq; satis arguit, quanti eandem ille, & fecerit & faciendam uoluerit. ¶ Atqui hæc ipsissima ratio est, quur maioribus nostris, hominibus, melioris notæ (proh dolor) quàm qui nunc uulgo sumus christianis, illa celebris semper

Desyderium Christi ad cœnā nouiss.

Luc. xxii.

Cur cœnæ festum celebre habetur.

semper

semper fuerit & sancta habita. Perpenderunt illi, haud dubie, Christi domini facta, nonnullam præcepti uim præseferre, itaq; ut discipulos domini Iesu studio pietatis feruidos decet, multa multumq; religiosa sedulitare, eam semper uenerari fuere soliti. Atq; id ut pro rei dignitate recte honorificeq; fieret, omnibus seculis futuris, tẽpore competẽti, diem priuatam certamq; designarunt, quam corporis domini celebritati dicatam, nos quoq; colimus feriamurq;. ¶ Quamobrem autem seruator noster Christus dominus, tanto desyderij affectu, eam manducare cum discipulis suis desyderauerit, id propterea creditũ est, ut umbram legis ueteris, in ea eliminaret, typos expleret, uetusq; Phase illud terminaret, & (ut semel dicam) ueteribus abolitis, ut noua faceret omĩa. Cuius rei gratia humanitatem induere dignatus est, eoque se demittere, ut serui formã susciperet, quo astu, ut in afferenda hominum salute, doli artificem serpentem antiquum falleret, le-

In cœna nouiss. terminata est lex uetus, incepta noua.

Philip. ii.

gis abolendæ ueteris, legaliumq́;, inter cæ-
tera, sacratissimæ suæ concionis, super cœ
nam habitæ memorata, iam idẽtidem, me
Iohan. xiii. minisse dignatus est Mandatum, inquiẽs,
Luc. xxii. nouum do uobis. Item hic calix, nouũ te-
stamẽtum, est in meo sanguine, quod per
Hebr. viii. Hieremiam prophetam 31. cap. prophetię
suæ prædictum uoluit: Consumabo, inqui
ens, super domum Iuda & super domum
Symbolũ amoris & unitatis in cœna datum. Israhel, testamentum nouum. ¶ At The
ologorum Senatus Seruatorem nostrum
Christum Iesum existimat iudicatq́;, cœ-
nam hanc sacratiss. tanto desyderij affectu
desyderasse manducasseq́; cum discipulis
suis etiam propterea, ut ineffabilem suum
amorem, erga eosdem discipulos suos, o-
mnesq́; futuros Christifideles, in ea decla-
raret, contestareturq́;, daturus ijdem in ea
sui maximi amoris indicium, daturus in-
quam illud, quo nihil maius preciosiusque
dari, sed ne cogitari quidem potest, seipm
.s. sub spẽbus panis & uini, mirabilr, ut mi
rabiliũ operatorẽ deũ decet, etenim ipse est
qui

qui facit mirabilia. Daturus symbolũ unitatis, deo gratissimum, & hominibus oppido q̃ necessarium, unitatis sine q̃ non constat charitas, ipsa p̃cipua principalisq; humanę salutis ancora, iuxta illud Apl̃i, si oĩa fecero, charitatem nõ habuero, nihil sum. Daturus memoriale sanctissimum. Cuius identidẽ meminit Apl̃s: Quotiescũq; inquiens manducabitis panẽ hunc & calicẽ bibetis, mortẽ dñi annũciabitis. At q̃d est aliud mortẽ dñi annunciare, q̃ eius charitatẽ cõmendare? Quã Euangelista commendans ait, Sciens Iesus, q̃a uenit hora, ut trãseat ex hoc mũdo ad patrem, cũ dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos, quid autem est hoc dixisse, in finem dilexit eos? nihil aliud certe, quàm dilectionem domini Iesu commemorare, quæ ad finem traxit eum. i. ad mortem, quę est rerũ ultima finis, tã etenim suos discipulos dilexit, ut moreret̃ ꝓpter illos. Et hoc est q̃d dixit, maiorẽ hac dilectionẽ nemo habet, ut animam suã ponat quis pro amicis suis.

i.Cor. xiii
i.Cor.xi.
Memoriale charitatis Christi
Ioha.xiii.
Ioh.xv.

Id propterea ad paſſionē iturus, tandemq́ per reſurrectionis & aſcenſionis gloriam ē mundo diſceſſurus, hoc ſacramētum diſcipulis tradidit, ut tantę charitatis memoriam, per quam ſaluamur, arctius futurorum omnium chriſtianorum mentibus infigeret. Quatenus ſemper memores ſim⁹, qualiter quantumq́ ab eo dilecti ſumus.

Memoria beneficiorū Chriſti

¶ Atqui tot tātorumq́ beneficiorum debemus eſſe memores, ſi non uehementer haberi ingrati uolumus. Et quo frequētius meditari id pie recolere ualeamus, uel partem ſaltem aliquam beneficiorum, reuocare in mentem operæprecium fuerit, ut noſtri cauſa, qualiter induerit humanitatem, ut natus nobis fuerit, nobis uixerit, pro nobis paſſus mortuusq́ fuerit, nobis reſurrexerit, ut totus nobis datus ſit, totus in noſtros uſus expenſus, uniuerſa opera ſua nobis operatus ſit: pro nobis laborauerit, ſudauerit, alſerit, ſitim famemq́ fuerit paſſus, uniuerſam ſeruitutem ut nobis ſeruiuerit, factus noſtra hoſtia, noſtra uictima, no

ma,noſtrũ ſacrificium, noſtrum holocau- Eſa.v.
ſtum, Hinc eſt illud ſane Eſaiæ: Quid eſt
quod ultra debui facere & non feci? Et il-
lud Apoſtoli: Quid habes,quod non acce i.Cor.iiii.
piſti? Hæc ſunt nimirum illa, quibus nos
ad pœnitentiam uocat, Seruatoris noſtri
ineffabilis bonitas. O bis marmoreum pe-
ctus, quod tanta non emollit benignitas,
haud dubie habiturũ male in nouiſſimis.

Laus & gratiarum actio pro tot benefi ciis.

¶ Quid dignum queſo tot tantiſq; in
nos tam largiter tam abunde effuſis do-
nis & beneficijs referemus, ſalutis noſtræ
aſſertari uindicique clementiſſimo? Quid
Patri ſuo cœleſti optimo maximo, eum
qui nobis miſerit, ut perditos redimeret,
uinctos ſolueret, eriperet captiuos, mun-
daret ſordidatos,nos miſeros, nos om̃ium
egenos,quibus nihil eſt,quod non accepe
rimus,quod non debeamus, uiribus itaq;
noſtris exploratis,quum nihil tale inuenia
mus,hem cõfiteamur ſaltem, admiremur,
laudemus,amemus,glorificemus, & cali-
cem ſalutaris accipiẽtes, guſtemus, quàm

Præparatio ad eucharistiam per abstinentiam.

suauis est dominus. ¶ Cæterum id ut fructuose meritorieq; cadat, pie, sancte, reuerenterq; facere necesse habemus. Ad id nonnihil fecerit sane, Moysi uiri deo familiaris, notiq; facie ad faciem, in mentem accersita quadragenaria illa abstinentia, propterea suscepta, quo tabulas preceptorum illas lapideas, in monte Syna recipere mereretur, quum multis atque infinitis partibus, maiora sacracioraq; nobis proposita sint accipienda. Etq; Ioannis Baptistæ, tanta à pueritia illa usq; in eremo uitæ sanctimonia, quo legittimũ uiriumtenus, Christo nato præberet Baptistam, tanta rei sanctitate siquidem permotus Apostolus, recteq; & legittime id fieri uolens. Probet (inquit) seipsum homo, qui enim manducat hunc panem, & bibit calicem domini indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicant corpus domini. ¶ Et eo spectare uidentur illa Sapientis uerba Prouerbiorum uigesimo tertio; Cum sederis ut comedas cum Principe, diligenter attende

Exo. xxiiii

Matth. iii.
Luc. iii.

i. Cor. xi.

Ad digne mãducandum adhibenda cura & diligentia.

tende quę apposita ante faciem tuam. Attenti itaq; sane, & probati, diligenter curioseq; dijudicantes, illud quid & quale sit, quid sumpturi sumus, quis det, quamobrem dederit, detque, id faciamus, etenim multi ergo ꝓpterea, inter uos (inquit Apostolus) infirmi sunt, & dormiunt multi, quia citra sui probationem, dijudicandiq; discretionem, & reuerentiam ac uenerationem corporis Domini, in maximum animarum suarum periculum, id facere non formidãt. At uero, si quid (ut humana sunt malo procliuia) id genus infirmitatis, unquam irrepserit, Quid agendum erit? certe cum Moyse ad cęlum, ut deijciatur iste Amalech noster, manus erigere operæpretium erit, item uenenatorum hostiũ morsus, quo minus noceant, in hoc exilij eremo, serpentem antiquum suspendere oportebit. Exemplo præterea filiæ Chananeæ, his malis affectos, ad matrem confugiendum erit, ad matrem inquam ecclesiam, atque per humilitatem confessionis

Exo. xvii.

Nume. xxi

Matth. xv

sanctæ se demittere ad paruulorum infan
tiam, ut in sinu manibusq; eius, ut indul-
Luc. v. gentissimæ matris, aut uelut Paraliticus
olim, ut in lectulo deferamur, eiusq; preci-
bus, sanctorumq; communione ac patro-
cinio interueniente, ut domini Dei miseri-
cordiam assequamur, rursusq; puri putiq;,
à labe criminum reddamur, atq; ita rursus
instaurati gratiaq; Dei inuestiti, sacratissi-
mum hoc conuiuium tandem meamus,
i. Cor. xi. memores interim Corintheorum, quos apo
stolus acriter perstrinxit, quod fraternæ
obliti charitatis, hanc sacratissimam cœ-
nam egerint, famem interim alijs conque
rentibus, ipsi mero ęstuãtes cibisq; disten-
ti, qua duritia in tantum mysterium, haud
mediocriter committebant, Etenim uera
Signũ dignæ manducatiõis. sanctimonia, charitate probatur. ¶ Di-
gnæ autem manducationis cœnę huius sa
cratissimæ certissimum argumentum est,
si post eam ad mansuetudinem fueris faci-
lior, ad tolerãdas aliorum morositates lon
ganimior, ad seruiendum etiam inimicis
prompti

promptior & alacrior. Contra indubitatum habe, male tibi cessurum hoc conuiuium, si adhuc auaritia te possidet, si excruciat ira, si lancinat inuidia, si exurit odium, cæteręq; id genus pestes si te uellicant. Sic equidem habitus, etiam si contingas altare, procul tamen abes à sacro. Christus dominus occisus est pro nobis, Patres Reuerendiss. confratresq; charissimi, mactemus & nos pecudes istas, sacrificamus nosmet ipsos illi, qui pro nobis semet imolauit patri: hæc si nobiscum non cogitamus sollicite (quod merito tenemur debemusq; ) accedentes. Pręterea hoc sacratissimum conuiuium, si confidimus, ludimus operam, ingensq; malum nobis accersimus.

Piguis & crassa religio.

¶ Odit Deus pinguem istam & crassam religionem, qui non tantum quæ foris sunt, uelut superficiem respicit, cordiũ scrutator est, domesticas intimasq; intuetur latebras, & uidet: spũs, in spiritu adorari amat, animus est, mente coli diligit.

Hiere. xvii. Psalm. vii. Iohan. iiii.

¶ A nobis præterea quiddam maius, quàm

A sacerdotibus plus exigitur.

quàm ab aliis, pro dignitatis elargitæ nobis qualitate exigit, qui nos salem terræ, normam fidelium, suiq; populi pastores esse uult, nosq; propterea lucem mundi nominauit, ut simus aliis ab exemplis à doctrinis diuinę legis, ut præeamus, lucemq; præferamus, ut opera nostra bona, quę aliquãto apud eos plures sunt quàm uerba, in edito posita uideantur. Beatus Chrysostomus quomodo de nobis scripserit, audiatis queso: Clerici nullam (inquit) habere debent maculam, neq; in cogitatu, neq; in uerbo, neq; in facto, neq; in opinione, quia pulchritudo ipsi sunt & uirtus ecclesiæ.

Matt. v.

Chrysost. de dign. sacerdotum

¶ Item quid ueteris legis sacerdotibus, Leuiti. 21. dictũ fuerit, audiamus. Omnis qui habuerit maculã de semine Aaron sacerdotis, non accedat offerre hostias dño, nec panes deo suo. Addem⁹ huc illud, unde Leuit. Anima polluta q̃ ederit de carnibus hostię pacificorum, quæ oblata est domino, peribit de populis suis, Si illi hostias ueteris legis umbraticæ (quæ quales fuerint,

Argumentũ a sacerdotib. uet. test.

rint, ignorat nemo) oblaturi, sub mortis interminatione, mundi immunesque, à quibusuis neuis esse necesse habebant, papè quanto maiora sacratioraq; , nos oblaturi sumpturiq;, in hoc sanctissimo sacramento, ab omni macula immunes ac puri esse debemus? quia oblaturi, sumpturiq; panē angelorum, qui de cœlo descēdit, Panem in Bethleem natum, nempe Iesum filium dei, in salutem generi humano cœlitus demissum. ¶ Hic P. R. confratresq; chariss. uiriumtenus, si unquam conatu omnimodo, imitendum est, ut non nisi puri puticq; id agamus, ne rei corporis & sanguinis domini Iesu inueniamur simusq;, neue iudicium manducemus nobis bibamusq;, æternos inferorum cruciatus accersamus. A quo horrendo tantoq; malo, tueri nos, custodireq; uelit digneturq; misericordiarum pater deus, benedictus & gloriosus in secula. Dixi.

Vt sacerdotes sint casti.

¶ Sacræ conciones expliciunt, Sequuntur Poëmata.

Lectori

# LECTORI RVDIORI, IOannes Cochlæus.

QVANDO CARMIna legis, amice lector, non ſolum ex uerbis conſydera ſenſum, ſed & rationem carminis in certis pedibus conſiſtentem & quantitatem ſyllabarum ſimul obſerua. Ita enim fiet, ut lectio carminum & utilior & iucundior tibi ſit futura. Nam hoc modo addiſces non ſolum latine & apte loqui, uerumetiam ſententias carminum certa pedum lege uerborumq; iunctura expreſſas firmius retinebis, et artem componendorum carminum tali obſeruatione citius conſequeris. Cum ſint igitur in ſequentibus diuerſa carminum genera, operęprecium fuerit, breuem præmittere indicem, ex quo leges carminum planius intelligas, uelut depictas & ob oculos tibi

poſi

positas. Expedit tamen, prius pauculas in genere præmittere de quantitate syllabarum regulas.

## Regulæ Generales.

Vocalis ante uocalem corripitur, ut beatus, lectio, tenuis. I.

Omnis positio est longa. Positio autem dicitur, quando post uocalem sequuntur duæ consonantes, siue in una syllaba aut dictione, siue in diuersis, ut addo, restat, condo. II.

Omnis diphthongus est longa, ut musæ, fœnus, audio, eurus. III.

Præterita dissyllaba primam producunt, ut Vidi, legi, ueni. IIII.

Vocalis ante mutam & liquidam produci & corripi potest, ut Replico, tenebrę pharetra, alacris. Et hoc, si natura breuis sit. V.

Vltima syllaba in quolibet uersu indifferens est, siue longa sit, siue breuis. VI.

## Pedes usitati in carminibus hic positis.

Dissylla

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Dissyllabi, | Spondeus, - - | ut | sancto, | Trissyllabi, | Dactylus, - ∪ ∪ |
| | Pirrichius, ∪ ∪ | | dea, | | Anapestus, ∪ ∪ - |
| | Trocheus, - ∪ | | sanctus, | | Tribrachus, ∪ ∪ ∪ |
| | Iambus, ∪ - | | deo, | | Choriãbus - ∪ ∪ - |

- longa, ∪ breuis est syllaba.
Spondeus & Dactylus magis sunt noti & usitati pedes quàm cæteri.

## GENERA CARMINVM.

Carmen Hexametrum, quôd sex: Pentametrum, quòd quinq; constat pedibus. Hexametrum per se solum, facit Heroicos uersus. Pentametrum per se solum poni non solet. Iunctum autem Hexametro facit Elegiacum, Quale præcipue scripserunt Tibullus & Ouidius, quale & hic frequentius positum cernitur. Hexametrum primos quatuor pedes indifferẽter accipit Dactylum aut Spondeum, quinto autem loco semper Dactylũ, sexto semper Spondeum requirit. Nisi aliter usurpet poëtica interdum licentia. Pentametrum in primo & secundo loco indifferenter (sicut hexametrum) Dactylum recipit aut Spondeum, Et post eos Pentimemerim seu cæsuram, hoc est, finalem syllabam dictionis in medio uersu, Post eam duos Dactylos semper, & post eos ultimã syllabam, Quæ cum Pentimemeri computata, facit quintum pedem. Aut secundum alios, post primos duos pedes sequitur Spondeus in medio, & post eũ duo Anapesti, Hoc modo.

Hexa

Hexametrum.

| I. | II. | III. | IIII. | V. | VI. |
|---|---|---|---|---|---|
| — — | — — | — — | — — | — ∪ ∪ | — — |
| — ∪ ∪ | — ∪ ∪ | — ∪ ∪ | — ∪ ∪ | | |

Pentamentrum.

| I. | II. | III. | IIII. | V. |
|---|---|---|---|---|
| — — | — — | — — | ∪ ∪ — | ∪ ∪ — |
| — ∪ ∪ | — ∪ ∪. | | | |

Vel sic:

| I. | II. | | III. | IIII. | V. |
|---|---|---|---|---|---|
| — — | — — | — | — ∪ ∪ | — ∪ ∪ | — |
| — ∪ ∪ | — ∪ ∪. | | | | |

Iambicum.

Iambicum ab iambo dicitur, & propter huius pedis celeritatem, duo pedes ꝑ uno reputantur. Dimetrum enim dicitur non quòd duos, sed quòd quatuor habet pedes. Et Trimetrum, non quòd tres, sed quod sex habet pedes, sed ita, ut in loco pari semper sit Iambus. Verbi gratia.

Dimetrum.

| I. | II. | III. | IIII. |
| --- | --- | --- | --- |
| – – | ◡ – | – – | ◡ – |
| ◡ – | | ◡ – | |

Trimetrum.

| I. | II. | III. | IIII. | V. | VI. |
| --- | --- | --- | --- | --- | --- |
| – – | ◡ – | – – | ◡ – | – – | ◡ – |
| ◡ – | | ◡ – | | ◡ – | |

Sapphicum á Sappho inuētrice nomen habet. Constat quinq; pedibus certis, Ita ut semper primo & quarto loco sit Trocheus, in secundo & quinto Spondeus, in tertio Dactylus. Et dicitur Endecasyllabum, quia undecim syllabas cōplectitur. Cui frequentissime ac fere semper in loco quarti uersus Adonicum carmen adiungitur; ideo & Dicolon dicitur, quia duo metrorum genera continet, Ac Tetrastrophon quia post quartum uersum fit cōuersio ad principium seu primum uersum. Hoc modo.

Sapphicum.

| I. | II. | III. | IIII. | V. |
| --- | --- | --- | --- | --- |
| – ◡ | – – | – ◡ ◡ | – ◡ | – – |

| I. | II. |
|---|---|

Adonicum, –∪∪ ––

Phalęcium seu phaleucũ, ab inuentore sic dictum: itidem Endecasyllabum est, & quinq; certis constat pedibus, ut sapphicũ, aliter tamen dispositis, ut sequitur.

Phalęcium.

| I. | II. | III. | IIII. | V. |
|---|---|---|---|---|
| –– | –∪∪ | –∪ | –∪ | –∪ |

Choriambicum Gliconium.

| I. | II. | III. |
|---|---|---|
| –– | –∪∪– | ∪∪ |

Dactylicũ Archilochiũ hyper Catalecti.

| I. | II. | III. |
|---|---|---|
| –∪∪ | –∪∪ | – |

Catalecticũ, dicitur cui una deest syllaba Hypercatalecticũ, cui una superest. Acatalecticũ, cui nihil deest.

Dactylicum Alemanicum.

| I. | II. | III. | IIII. |
|---|---|---|---|
| –∪∪ | –∪∪ | –∪∪ | –– |

Multo quidem plura, q̃ hic recẽsentur, sunt carminum genera, sed hæc proposito nr̃o sufficiunt, Quia non plura reperiũtur in sequentib. opusculis & poëmatũ libris.

Asclepiadeum Choriambicum.

| I. | II. | III. | IIII. |
|---|---|---|---|
| –– | –∪∪– | –∪∪– | ∪∪ |

# SIMONIS FAGELLI VILLATI-CI HYMNORVM, LIBER VNVS.

## AD DEVM OPT. MAX. Carmen I.

I In te regnator cœli ſperamus, adeſto,
M Mentis & aſſidua commoueare prece.
E Ecce feris confixa pater mens noſtra ſagittis,
A Artificis Stygij calliditate iacet.
S Surgere nec poterit, niſi tu pietate ſub auras,
R Rurſus colliſam ſuſtuleris domine.
V Vnica tu Vitæ ſpes, ſpes & dulce leuamen,
I In cunctis nobis caſibus eſſe ſoles.
S Sydereo clemens rerum de culmine rector
A Aſpice, & humano compatiare malo.
A Arma retunde ducis multum pallentis Auerni
N Nos quibus in præceps imus, & in Baratrũ.
N Nobis defueris tu ſi protector, iniqui
A Ante diem Ditis præda futura ſumus.

HYMNORVM

## ANGELICA SALVTATIO.

Carmen, II.

Omnipotentis AVE MARIA, ô quàm GRATIA abunde
PLENA dei, quæ te & cuncta perennis alit.
Est DOMINVS TECVM, BENEDICTA INTER MVLIERES.
TV, quot sunt, quot erunt, quotq; fuêre prius.
Iste TVI ET VENTRIS FRVCTVS semper BENEDICTVS
Clemens sit nobis CHRISTVS IESVS, AMEN.

## AD MATREM VIRginis Matris.

Carmen. III.

Anna parens fœlix, numen clemensq; piumq;.
De propria & gnatæ prole beata parens.
Rite beata parens gnata, atq; beata nepote,
Multa potens gnata, multa nepote potens.
Quis putet à gnata quidquam tibi posse negari,
A gnato gnatæ aut, usq; nepote pio.
Ipse nepos auiam, matrem hęc quod semper honorat,
Credi

Creditur hoc, quia phas iusq; piumq; iubent.
Eya age multa potẽs gnata ANNA, & mlta nepote
Clementi nostras aure capesse preces.
Defectus siquidem, nostra atq; pericula nosti,
Adsis, ò clemens, atq; beata parens.

## DE LACHRYMIS SANctæ M. Magdalenæ.

### Carmen. IIII.

Fœlix peccatrix, lachrymarum imber pius omnes
Cui infecta sordes abluit ex anima.
Fœlices lachrymæ, suspiria sancta, capilli, &
Oraq; de tactu, facta beata pedum.
Eya lauando pedes, quantam tergendoq; culpæ,
Est uobis molem dissoluisse datum.
Peccatrix fuerat, domini fecistis amatrix
Vt sit, fœlices ter quater ò lachrymæ.

## DE DIVO CHRISTOPHORO.

### Carmen. V.

Nobile pondus erat Alcidæ machina cœli,
Inter & ęrumnas dignior ille labor.
Maior sed cœlo terris, & quicquid ubiq; est,

Impositus scapulis sarcina Chrũs erat.
id est, Hercules. Amphitriõade uictori herbã dato, cernis
Esse tuis maius uiribus istud opus,
Magnas tecũ Atlas uires si iũgat, ad istud
Ambo non certe sufficeretis onus.

## AD VIRG. MATREM.

### Carmen. VI.

Summũ terrigenis decus ô scĩssima salue,
Quę sine labe nites, nr̃ honos & amor
Salue nostra salus, mater dignissima Chrĩ.
Salue lux superi regia uirgo poli.
Syderei celebrãt quã semp numina regni,
Militat angelic⁹, cui (sacra turba) chor⁹
Thuricremas gen⁹ hũanũ cui cãtat ad aras
Mellito cantu, nõ sine laude preces.
Cuiq; Camenalis semper mãsura reponit
Parthenius, quia Neapoli sepultus. Carmina, pierio tincta liq̃re, chorus.
Si te Parthenius nosset pia uirgo poëta
Arma ducis phrygij, q̃ canit, ipẽ Maro.
Ille tuas quanto cecinisset carmine laudes
Plenæ diuino numine parthenices:
Vir. in buco. ægl. iiij. Diceret, ut dixit, redeunt saturnia regna,

Iam

Iam redit & uirgo, iã noua progenies,
Laurigero solam caneret te dulcius œstro
Illius limes propositumq́ fores.
Vñ uenit Titan, & nox ubi sydera cõdit
Vñ uenit Boreas, Auster & uñ uenit,
Hoc duce nota fores cœlestis ianua regni
Et genitrix summi, digna reperta dei.
Tu pia tu clemens, tu spes, spes unica uitę,
Præsidium, portus, certa medela, salus
Relligionis apex nr̃æ tu, splẽdor honorq́,
Summi diua parens intemerata dei.
Virgo eadẽ genitrix, eadẽ quoq; filia celsi,
Sponsa dei, titulis facta beata tribus.
Gloria christicolis, aulę cœlestis honestas
Altithroni mater glorificata dei.
Respice mortales oculis pietatis, & ante
Esto patrona tuum sedula filiolum.
Oĩa nancq; potes, te nã colit & ueneratur,
Filiolus matrem, debet ut ingenuus.
Quid memorẽ nr̃os defect⁹, optime nosti
Adfer opẽ miseris, poscim⁹, adfer opẽ.

## AD D. STANISLAVM.

### Carmen. VII.

Orbe ſub arctoo ſctm̃ & uenerabile nũen
Preſul Sarmatici gloria rara ſoli.
Staniſlae dei martyr, miracula, mores.
Et uitam cuius, nouit uterq; polus.
Qui cœlũ meritis ornas, Plutonis auari
Qui ſpolias ꝑcibus triſtia tecta pijs.
Magna tuis ſpes & dec⁹ & tutela Polonis
Et qui te quærũt aura benigna reis.
Nemo tuas unq; fruſtra ꝓſtratus ad aras,
Creditur auxilij depoſuiſſe preces.
An neget eya tibi quicq̃ de⁹ ipſe, uolebas,
Intrepide tu ꝓ cuius amore mori.
Diligit ille ſuos, & pro ſe quosq; labores,
Inſumptos penſat, retribuitq; pius.
Ecce tuos culpæ moles & ſarcina dura
Pręgrauat, & Stygijs trитat uſq; uadis
Sæpe uocate tuis adſis, & militis orci,
Fortiter hoſtiles ꝓtere ſancte dolos
Nõ patiare pr̃ ſanctiſſime, rector auerni ut
Eheu de nobis ille triũphet atrox.
Effice nos tutos meritis precibusq; beatis
Ne quicq; doleat ſe iuigilaſſe draco
Effice & ut tandẽ uitę poſt ultima ſemper

Cœle-

Cœleſtes tecum conſpiciamus opes.

## AD DI. VENCESLAVM. Carmen, VIII.

Dux pr̄ię ſplendor nr̄ę gentiſq; columen
Dux bone, dux pie, dux Vēceſilae ſacer
Dux noſtri tutela ſoli, gentiſq; Boëmę
Et pater, & patriæ ſtella ſerena tuæ.
Ardens quē uirtus ad lucida tecta tonātis
Euexit, proprij de regione ſoli.
Euexit, ſed poſt inſignia martyris, & poſt,
Cūcta pri⁹ domita, q̄ mala mūd⁹ habet
Egregium nobis te ſors diuina patronum
Prȩſtitit, ô gentis ſit tibi cura tuæ.
Hūanę peſtes nos, & fera mōſtra fatigāt,
Sedibus infernis eiaculata lues.
Ambitio, luxus, liuor, fraus, ęſtus habendi
Infinitus opes, ira, uorago, doli.
Hęc & plura graui nos obſidione fatigāt,
In Stygios animas p̄cipitantq; lacus,
Auxilio nobis, uirtuteq; maſcula adeſto,
Hoſtib. his etem̄ ſuccubuiſſe mori eſt
Tu dec⁹ in terris nobis & gloria princeps

An. domi. D.cccc. iiii. kalen. octob. interfectus fuit S. Vēceslaus, dux Bohemiæ, ſcelere fratris ſui, Boloſlai ſæui.

Præsidiũ,portus,certa medela,salus.
Non minus in coelis nr̃as sanctissime p̃ses,
Res obeas petimus, iudicis añ thronũ
Iudicis añ thronum,p̃cibus deterge beatis
Certã nostrę animę crimina perniciẽ.
Vt post corpeos sensus mox mole soluta,
Mens uolet in cęlũ,carnis ab hospitio.
Carnis ab hospitio supas referat in arces
Authorem noscat facta beata suum.
Militet ip̃a suo dño cum principe Christo
Militet ipsa deo,lux & imago dei.
Nõ tibi paruus honor fiet, dũ regis in aula
Añ thronũ dñi,cum duce uulgus erit.
Maior erit,maior q̃ turba sequetur euntẽ,
Plurima turba petit, q̃ ualeamus,age.
Interea meritas in terris nostin laudes
Pangemus,nostrę sancte pr̃ patriæ,
Atq; tuas semp digne exornabimus aras,
Munere multiflũo,lũine, thure, sono.
Hic ubi lucidulis fabrefacta sacella lapillis
Seruant mortale,quod fuit ante,tui.

## AD D. LVDMILLAM.
Carmen, IX.

OLu

O Ludmilla ducis nostri cognata beata
Fœlix pro Chr̄o uerbera passa necis.
Aurea cœlestis sub tecta recepta palati,
Gaudes æternis iuncta perēne choris
Vn̄ tui spes surgit & ingens gl'ia Boemis,
Quoꝝ patrona certaqꝫ facta Dea es.
Per meritū uitæ, mortē sanctāqꝫ rogamus
An̄ deum nostris sis medicina malis.

Dea, participatiue, sicut ibi: Ego dixi Dii estis.

## HYMNVS VERSV IAMbico dimetro.

### Carmen. X.

Digno canamus carmine,
Laudes beatas Ludmillæ,
Cuius dies præsens adest
Nobis colenda plurimæ.
Nobis reducit annua
Hæc Ludmilæ solennia,
Cultu colenda debito,
Dies in omni sæculo.
Hæc passionis est dies,
Aeterna Ludmilæ quies,

Ludmilla uxor Borsivuoy, primi iter duces Bohemiæ Christiani, Mater Spitignei & Vratislai, auia S. Venceslai, martyr effecta est, scelere nurus suæ Drahominē quæ a terra post absorpta est uiua.

Qua

Qua uenit à rege ætheris,
Post exitum uitæ breuis.
Tormenta per durissima,
Perpessa mater Ludmila,
Rogamus usque gens tua,
Beata per suffragia.
Vitæ fluentis in uia,
Succurre mater Ludmila,
Succurre mortis tempore,
Egebimus dum maxime.
Exaudias decet tuos,
Mater benigna seruulos,
Qui te colunt, te prædicant,
Qui te salutis spem uocãt.
Deo patri sit gloria, &c.

## HYMNVS DE S. MARtyribus, Carmen. XI.

Sapphicũ cũ Adonico.

Martyrum turbæ numero decenti
Millibus denis resonet per orbem,
Plebe pias laudes, meritosque templis
Soluat honores.

Qui deo pura ſine labe mente,
Victimas ſeſe placidumq́ ſacrum,
Non iter durum necis expauendo,
Exhibuêre.

Martyrum pulchrum decus & triũphus
Eſt ab occaſu croceos ad ortus
Cognitus tantis micuere ſignis
Tempore agonis.

Chriſtus humani generis redemptor,
Dum crucis mortem pateretur, his &
Pluribus non tunc radiando ſignis,
Vltima clauſit.

Principes harum celebres cohortum,
Marce Alexander, ſimul & beati
Vocibus noſtris precibusq́ adeſte
Hermolae Achati.

Laus tibi rerum pater & creator
Omnium, iuſta ratione cũcta,
Qui regis, cœlo reſidens in alto,
Trinus & unus.

## AD S. VRSVLAM.

Carmen. XII. Sapphicum, ut ſup.

Virgi-

Virginum salue numerosa turba,
Trux Scythæ quas gens, nimium furenti,
Vndecim gratas trucidauit ausu,
Milia Christo.

Scythæ, Hunni, qui circa Coloniã Agrippinam uirgines interemerunt xi milia.

Ante præsertim faciem superni
Regis, ò tanto grege septa uirgo,
Tu pia & clemens, bona posce cuncta
Vrsula nobis.

Plus tamen nobis alijs uirago,
Diua tu debes, recubat sacratum,
Cuius hic corpus, miseris adesto,
Sancta Benigna.

Sub tuum patrocinium clientes
Currimus, magno miseri reatu
Sis pia & clemens, petimus benigna,
Auxiliatrix.

Laus deo patri &c.

## HYMNVS DE S. DOrothea. Carmen, XIII. Sapphicum ut sup.

Rex deus signis radiat potenter
In suis sanctis, Sophiæ ministri,

Tripli-

Triplicis, ferte huc animum, probate &
Artis acumen.
Misit elato Dorothea scribę,
Tempore hyberno moritura uirgo,
Mira decerptas nouiter rosas hoc
Tempore dona.
Illa (si nescis) Adami feraci,
Misit ex horto, pietate notus,
Syderum rector, teneræ stupenda,
Dona puellæ.
Illius præstet fieri Colonos
Hortuli Christus, prece dita nobis
Summa quum nostræ properabit horæ,
Effice uirgo.
Laus deo patri &c.

## AD IMAGINEM CHRIsti domini orantis in monte.
### Carmen. XIIII.

Terribilis q̃tũ mors, q̃q; onerosa putãdã ẽ
Sudans hoc Chr̃us sanguine significat
Si tantum dñm mortis perterruit horror,
Quiuis mortalem non p̃mat illa lues,

## IMPLORATIO DIVINI numinis. Carmen. XV.

Spiritus alme ueni, superæ de sedib. aulæ,
Pectora nostra rigans, spūs alme ueni.
Spiritus alme sinu patris pariter genitiq;,
Ad nos procedens, spiritus alme ueni.
Spiritus alme ueni, radiorū luce chorusta,
Purificans mentes, spiritus alme ueni.
Spiritus alme ueni, roraq; rigaq; foueq;
Os, animū, pectus, spiritus alme ueni.
Spiritus alme ueni, sermoni uerba daturus,
Digna meo tādem, spiritus alme ueni.

## PRECATIO AD DEVM IN primo ingressu in domum habitandam. Carmen. XVI.

Versu Iambico Trimetro acatalectico.

Precor deus pater creator omnium
Prece intima seruus parum dignus licet,
Subire faxis me domum istam, te auspice,
Fauente, fœlici beatoq; omine,
Ibi tuo in timore sancte uiuere,

Orare

Orare,te laudare ibi,tibi psallere,
Et in quiete posse quod restat meæ
Aetatis,hoc totum tibi consumere
Auerte ab hac quicquid mali est & noxij,
Hinc languor,ægritudo, morbiq; exulet,
Virtus,honos,fœlicitas, & sanctitas
Adsint,item membris amica sanitas
Et charitas,benignitas,concordia
Astrea,pax,amor,salus tum deniq;
Professione Christe sat dignum tua
Est qcqd,at scelus nocens hinc ꝓcul,ꝓcul
Et crimen absint,absit omne scandalum,
Absint sacræ artes carminum ualentium,
Flammæ hosticæ absint & rapaces harpiæ
Et amplius restat mali quicquid simul
Id arceatur & procul fiat,tua
Cura fideli,tutor & pater pie
Ibi nil nisi gratum & placens fiat,tibi
Placere posse prima nam tibi & maxima
Cura est,meum mō tu ratū & gratū effice
Hoc uelle,sancti spiritus tui sacro
Illo;uelis queso,Alpha & o,munimine.

# IN PSALMOS DAVIDIS.

## Carmen. XVII.

Dauidis hęc calefacta deo mēs sctā notauit.
Carīa sacratis sensib. irrigua.
De numero uatum, nemo tā tecta retexit
Nec dixit sensus fando futura pares.
Qui legis hęc, si perpēdas mysteria uatem
Sanctiloquum dicas, Dauida psalmographum.

## ALIVD.

## Carmen. XVIII.

Vicit plena deo mēs Dauidis orphea cātu
Ille feras mulsit, mulsit at iste deum.
Iste deū mulsit, quib. hęc sunt carīa lector,
Hęc sunt altithrono carmīa grata deo.
Vis mulcere deū, uis gratū psallere carmē
Diuis: hęc recine cātica psalmographi.

## AD IMAGINEM Christiparę uirginis.

## Carmen. XIX.

Tam pulchra q̄so quis te dic ꝑle parentē
Fecerit: ē cęlo hac gaudeo prole parēs

Idem

Idē qui genuit me, de me est uirgine nat⁹,
Est igitur tuus hic filius & genitor.
Olim promissus patribus iam prodijt ille,
Ille ne tā optatus hic iacet Emanuel.
O fœlix ter & amplius, ò sanctissima talē,
Et tantum, cui sic est genuisse datum.

# AD D. BARBARAM.
## Carmen. XX.

Barbara spōsa dei, uirgo sanctissima salue,
Virgineę candens gemma pudicitiæ.
Quos diuos tu nō sanctis uirtutib. ęquas?
Aut potius superas digna puella deo.
Digna cui p̄stet Christus, quæcūq; p̄ceris,
Nimirū̄ pręstat, quid mō uirgo uelis.
Ne mea, uirgo uelis, p̄turbet lūina lāguor,
Quo liceat studijs posse uacare studijs.
Adsis sępe uocata mihi, spōsi per amorem
Et clemens p̄sta, quod p̄cor auxilium.

# AD DI. NICOLAVM.
## Carmen. XXI.
### Sapphicum cum Adonico.

Pontifex nostro celibrande cantu,
Maximo præsul uenerande cultu,
Blandulas aures Nicolae nostris,
Arrige Musis.
Nos tuos auro uideas nitentes
Milites, cultu uario decoros,
Et tibi blandos modulos canentes
Respice præsul.
Nos tibi laudes meritas sonamus,
Nos tuum festum celebrem diemq́;,
Paruuli magni iuuenes senesq́;.
Concelebramus.
Audias ergo facilis precamur,
Vota clamantum uigiles precesq́;.
Audias inquam tua teq́; festa
Vsq́; colentes.

## IN ORATORIO.

### Carmen. XXII.

Præmia danda pijs cœlestia sedulus atq́;
Supplicia expendēs debita, dāda reis,
Admissum sermōe pio hic deplāge reatū,
Vere contrito pectore, mente, fide,

Accusa

Accusa noxas, mentem compunge, litato
Imbre pio, cordis sint holocausta dolor
Magna dei pietas toto si corde labores,
Audiet atque tuum diluet omne scelus

## AD TABELLAM SANctorum Patronorum.
### Carmen, XXIII.

Hi sunt nostra quib9 lętatur terra patroni
Hi sunt, spes quib. est nr̄a reposta, Dei
Hi bene uiuendo moriendoq́ continuare
In cœlo æternos promeruere dies.
Ante deum nostram qui sedulitate salutē
Procurrant, fida & auxiliantur ope,
Ossa beata sub his, quorum deposta qęscūt
Tectis, quæ longa iam senuere die.
Vtq́ uides senio iā magna ex pte fatiscūt,
Et fuerint propere ni reuelata ruent.
Ergo manus adiutrices extende benigne
Lector, ut hoc rursus instauretur op9
Nō pdes, diuū quicquid p laude repones
Quas dederis p dijs sp habebis opes.

Dei, pluraliter, p participationem.

## HYMNORVM IN GARRIENTEM IN Oratorio. Carmen. XXIIII.

Iambicum Trimetrum.

Aeterna proles Christus æterni patris,
Olim domum hanc orationis & suam
Dixit, profanari uolens ostendere
Nephas, graui tũ uoce tumq; & uerbere
Afflixit ausos polluisse, scilicet
Cultu colendam debito, aures arrige
Susurro inepte, diligenter & uide,
Te ne flagellum uindicis tangat dei
Et pellat ad tenebricosa Tartara,
Quam prestet hos mores tuos tam pditos
Donec licet, cũ id non quidẽ semper licet,
Vt arguas, diuina sola hic cum deis
Agens, loquaris, audias, & cogites.

## GRATIAE POST ESVM. Carmen. XXV.

Expletis epulis olim cœnaq; peracta
Rex Chrs, dicto haud iñ nisi hymno abijt
Sic documẽta dedit, cœlesti dicere laudes
Pro donis nobis muneribusq; patri.

Quapro

Quapropter lęti nos uoce aloq; canamus
Hymnũ, pro donis muneribusq; deo.
Dicamus, tãta, rerum celeberrime rector,
Gratia sit semper pro pietate tibi.
Gratia pro tanta tibi sit bonitate perennis
Gratia pro tantis de bonitate bonis.

## AD SANCT. DEI OMNES.

Ode monocolos, uersu Archilochio
Iambico dimetro, In ecclesia
suę pręposlturę.
Carmen. XXVI.

Sacrata coelitum cohors,
Quibus Deus frui bonis,
Aeternitatis optimis,
Concessit in coelestibus.
Vigent ubi tot gaudia,
Lux tanta, tanta & gloria,
Vultu é superni principis,
Chorusc at & per secula.
Quibus mere foelicibus,
Bonis frui & perennibus,
Hoc hoc habere est optimam.

Iustis receptam gratiam.
Qua uos beati cœlites,
Gaudetis almi milites,
Magni atq; cuncti ex ordine,
Cœlestis arcis incolæ.
Vobis dicatum est omnibus,
Templum hoc, uelitis quæsumus,
Pij & benigni seruulis
Adesse postulantibus.
Qui uos colunt & inuocant,
Laudes canunt & supplicant,
Adeste supplicantibus,
Prodeste uos colentibus.
Audite supplicum preces
O ter beati cœlites,
Fœlicis eius scilicet
Aeternitatis compotes.
Deo patri sit gloria &c.

## DE S. IOSEPH, NVTRI- cio Christi Domini. Carmen. XXVII. Iam- bicum Dimetrum.

Sponsi Mariæ uirginis,
Eiusq; alumni germinis,
Ioseph beati scilicet,
Illuxit hæc præsens dies.
Seruiuit ipsi uirgini,
Matri superni filij,
Libens & ipsi filio,
Incorporato tunc deo.
Seruisse fœlix hoc nimis,
Spectasse, contrectasseq;,
In carne sub membris deum.
Rerum creatorem omnium
Fœlicius quem iam tamen,
Deum deorum in gloria,
Obstante nullo termino,
Spectat superna in patria.
Ioseph beate dotibus,
Pollens tot in cœlestibus,
Clemens uelis mortalibus,
Prodesse nobis quæsumus.
Deo patri sit gloria, &c.

AD S. PETRVM APOST.
Carmen. XXVIII.

Splendor apostolici radiãs & stella senat⁹,
Ianitor æthereę Petre beate domus.
Ecclesię supra quem fundamenta locauit,
Christus quẽq; suas pascere iussit oues
Eya age sume pedũ, cęli q̊ claustra relaxas
Et circum sanctũ fer tua septa pedem
Ecce lupus dẽtes distringit, & ambit ouile
Turbamur misere, ꝓtege pastor oues.

Pedũ, baculum pastoralem.

## DE NATALI CHRISTI Scazon. Carmen XXIX. Iambicum Trimetrum.

Scazon, quia claudicat in ultimo pede qui primã syllabã habet longã.

Nostri redemptoris sacer dies, sancto
Illuxit ortu, læta ter quater sancta
Qua carnis umbra tectus, orbis in lucem
Primum nouo processit ecce progressu,
Salutis auctor, patribus retentis hei
Identidem uocatus, intimo affectu
Optatus & rogatus, eya iam tandem,
Lux sancta, lux fœlix, sacrata lux fausto
Illuxit ortu, tam decente, tam læto,
Nobis colenda semper, ò supremus dum
Late uel ipse conditor reget, quicquid

Ample

Amplectitur suo ambitu patens coelum.

## DE EODEM NATALI.
Carmen. XXX. Sapphicum cum Adonico.

Festa natalis domini reducit
Hæc dies nobis, decet insonemus
Vocibus letis, placidoq; tandem
Carmine laudes.
Hac die nobis reparator orbis,
Illa cœlestis soboles tonantis
Nascitur, casta genitrice semper
Virgine Christus.
Hac die magnnm referendo mundo
Gaudium cœli cecinere summo,
Gloriam patri, placidamq; nobis
Agmina pacem.
Hanc diem mundus celebrat redemptus,
Cantibus, cultu, pietate, donis,
Debitos soluens meritosq; templis
Pronus honores.

## AD VIRGI. MATREM.
Carmen. XXXI. Sapphi. ut sup.

O pa

O parens ſummi ueneranda regis,
Quam chori ſemper celebrare celſi
Geſtiunt,& ſe ſtudio uiciſſim
Vincere certant.
Cui caput ſtellis fabricator orbis
Veſtit & ſacris penitus ſubacta
Sint ut,effecit, pedibus bicornis
Lumina phœbes.
Sub tuæ feſſos pietatis alas,
Quæ uocas omnes,petimus beata
Nos tuis ſacris miſeros ocellis,
Aſpice mater.
Nos aue blandis tibi conſonamus
Vocibus,ſemper quoties ab Indis
Phœbus aut ſurgit, cadit aut ſub undas
Rurſus hiberas.
Nam tuæ cœlos pietatis aura
Tranſilit,ſedes hominumq́ complet,
Inferi multum furioſa regis
Iura coërcet.
Eya ſic noſtræ medicina culpæ
Virgo,ne damnet, genitum precare,
Quod niſi prorſus facias,ſubimus
Limen Auerni.

## AD IMAGINEM CRVCIcifixi. Carmen. XXXII.

O amor, ò pietas ingens, ò cuncta regẽtis,
In genus humanum sollicitudo dei.
Huc oculos cõuerte tuos, q̄n dirige mẽtẽ
Huc, mortalis hõ compatiensq; dole.
At tu tãta tuo passus sic pro grege clemẽs
Aspice balantes ô boue pastor oues.

## ALIVD.
## Carmen, XXXIII.

Cui cęli ciues, cui regia militat omnis,
Aulę cęlestis, quem colit omne q̄d est
Ille poli terræq; sator rectorq; redẽptorq;
Humani generis, qui creat om̄e q̄d est.
Factus hõ, propria pietate op̄ando salutẽ
Artificem & fraudis ultus & insidias.
Sic utraq; manu, pede sic perfossus utroq;
In cruce ꝓ nobis triste pepẽdit onus.

## DE DOLORIBVS VIRGInis matris, Iesu crucifixi. Carmen. XXXIIII.

Inter

Inter uirgo parens oēs quos passa dolores
In cruce dum uidit, maximus ille fuit.
Proxim⁹ huic fuerat, liuēs cū de cruce cor(p⁹.
Depositū iacuit, ṽginis ī gremio.
Suffusam lachrymis tūc singultātia matrē
Credibile est nato hęc ṽba dedisse suo.
Qualem nate dei, te nate redēptio mundi
Aspicio, tristis & miseranda parens.
Ecce meū pectus Simeonis perforat ensis,
Perforat, & totā mucro doloris habet
O pect⁹ placidū, sine fraude man⁹q; pedesq;
O caput, ò uultus, ora, labella, genæ,
O & sydereis uos ęmula lumina flammis
O toties nostris ora refecta cibis.
Q'lia uos uideo: heu m̄to męstissima q̄tū
Ante beata parens & benedicta fui.
Defecisse sub hæc miserā, potuisse nec ul(tra,
Singultu medios īpediēte sonos.

## DE DIE RESVRRE-ctionis dominicæ.

### Carmen. XXXV.

Salue festa dies toto uenerabilis æuo.

Terris

Terricolis qua non lætior ulla fuit.
Qua de morte resurrexit post cūcta pacta
Iussa patris Christus, ipa salus hominū
Qua illisit portas & claustra Acherōtis a-
Qua tria tartarei cōtudit ora cāis. (uari
Qua sęuū rigidis strixit Plutona cathenis,
Et tulit â stygijs ampla trophea uadjs.
Qua uolucris saxi nō sisyph⁹ ardua sentit
Pondera, nec Ticiū dira fatigat auis.
Qua sitiēs fugiētes Tātalus arripit undas
Ponit & ardētes q̄ Eumenis ipsa faces
Tantalidū uas ptusum qua cōtinet undas
Chr̄e de⁹ miseris quā placet ista quies
Olim clausa, patet iam magni ianua cœli.
Multo quā subijt cū grege primus hō
O fœlix, ô lęta dies, ô sancta beataq́;
Exorta est qua non lętior ulla quidem
Ecce crepant cantu, plausu, risuq́;, iocisq́;,
Ingenti & satagunt omnia lætitia.
Ipsa resurgenti congaudent astra nitore,
Gramīe t̄ra uirēs, sylua, nem⁹q́; comis.
Garrula auis cātu, cœlesti lāpade Phœb⁹,
Officijs tandem cuncta creata suis.

Quas

Quas gen⁹ hũanũ grates, q̃ gaudia debes,
Eya redẽptori: res equidẽ acta tua est.

## AD S. MICHAELEM.
### Carmen. XXXVI.

Spiritũ princeps, hospes Michaẽl paradisi,
Infernę domitor imperiose domus.
Defer ad ętherei clemẽs heus pricipis au- (res
Hũanę mẽtis uota, piasq; pces.
Hostis ab insidijs, quẽ præfers, ense tuere
Viuos, extinctis da pius hospitium.

## AD S. APOSTOLOS SI- monem & Iudam.
### Carmen. XXXVII.

Vos ego rite colo diui Iudaq; Simonq;
Adscriptus uobis semp & usq; cliens,
Adsitis uotis igitur precibusq; benigni,
Bina duodeni lumina clara chori.
Vos quibus excrucior morbis miser ecce uidetis,
Fluctuat & q̃ntis mẽs mea fessa malis.
O tantos agedum Diui releuate labores,
Aegraq;

Aegraq́ꝫ de morbis singula mēbra suis.
Cedet uis morbi, cedent quicūq́ꝫ dolores,
Qui mea ꝑduro mēbra labore grauāt
Vestra ubi cęlestis Diui medicina patroni
Tum fuerit nostris addita rite malis.
Quin simul illa quib. teneor dissoluite q̄so
Vincula peccati, q̄ mea corda ꝑmunt.
Impietate deum multa dn̄mq́ꝫ patremq́ꝫ
Improbus offendi, desidiosus homo.
Conscia mens facti cruciat lęsisse tonantē
Tā pietate deū, quám bonitate patrē.
Id cruciat porrò lapso succurrite tandem,
Et placate pij numina sancta dei.
Offendi grauiter, fateor, superate rogādo,
Cum prece tum sanctę sedulitatis ope
Culpę quicqd habet cor nr̄m, q̄cquid iniq
Vestrarꝫ hinc absit sedulitate precum
Adsit quæ cœli me gratia ducat ad astra,
Absit at hinc lōge q̄cq̄d ad ima trahit.
Efficite hęc rata uota petit gratissima cęlo
Numina, mēs multo fessa labore mea
Pro meritis ego nę uobis & munere tāto,
Sūma pie semper ꝑmia laudis agam.

H De

HYMNORVM
DE IISDEM S. APOSTOLIS
Carmen. XXXVIII.

Munere apl'ico celebres Iudasq; Simonq;
Martyrij palma dignus uterq; coli.
Discipuli Iesu duodeni bina senatus
Vasa, euangelij semine plena dei.
Quæ dispẽsantes ppl'is per Climata mũdi,
Iunxerunt turmis millia multa sacris.
At tandẽ post ml'ta pacta, in Persida missi
Messis ubi Christo multa metẽda fuit
Mille magi technas, ubi tot cacadęmõ &
Versutas sc̃tis struxerat insidias. (ipse
At uirtus sanctis non defuit omnia cõtra
Tentamẽta, siml' dęmona, siue magos.
Inuidia rumpebantur dęmonq; magiq;
Nomina dũ Christo milia tanta darẽt.
Hinc iussere suos quicq̃d crudeliter ausos,
Sanctos mox sęua perdere cede uiros.
Quę postq̃ scelerata cohors mãdata pegit
Sacrilegas diuis intulit atq; manus.
Fulgura & ultrices flãmę mox impete ua
Qualia nõ unq; uisa fuêre prius. (sto
Prorupere eadẽ ac uelut hic pitur⁹ in hora
Sit

Sit mundus, facies tanta furoris erat.
Fracta idola, magi cõsumpti, fulmĩe tactũ
Trifariã templũ. Dæmõ in igne, iacet.

## HYMNVS S. TRIBVS REgibus. Carmen. XXXIX.

Sapphicum cum Adonico.

Christe collapsi reparator orbis,
Matre de casta sine patre nate,
Cuius ad cunas hodie magi tres,
Dant sua dona.
Dona thus myrrham tibi dant & aurum,
Hisq; declarant te hominem deumq;,
Mysticis nam sunt ea dona regum
Fœta figuris.
Solis hos duxit radians ab ortu
Stella, quam uates Balaam prophanus,
Ex Idumæo genere esse dixit,
Exorituram.
Gaudium castæ puer alme matris,
Nosse quis nolit, studium & cupido?
Torserat quantum, cito te uidendi
Corda magorum.

Ardeat nostrum pietate sancti
Spiritus, pectus puer alme faxis,
Arserant semper ueneranda quantum
Pectora Regum.
Cœlitum ad sedes radiosa tandem &
Stella sic nostras animas reducat,
Vltimæ postquam properarit horæ,
Vltima finis.

## AD DI. BRICCIVM.
### Carmen. XL.
### Iambicum Trimetrum.

Briccius in S. Martinum sup bus fuerat ideo ex episcopatu p calũnias in exilium pulsus fuit.

Parum pium sannis fuit proscindere
Charum deo uita patrem sancta senem,
Id ausus in sanctum dei Bricci sacer,
Pœnas deo uolente soluisti graues,
Famę ferens dispendium, quanq; innocẽs
Leuamen hoc ueteris fuit piaculi,
Sic quos amat purgat deus suos,
Sic cœtibus dignos facit cœlestibus,
Bricci pater beate gemma præsulum,
Nequando nos & damna forte degrauẽt
Famæ pudenda, faxis eia quæsumus.

DE

# LIB. VNVS.

## DE S. PATRONIS HYmnus uerſu Iambico Dimetro.

### Carmen. XLI.

Terram, Polos, mare & omnia
Quę mundus iſte habet, ſua
Qui condidit deus pater,
Magna nimis potentia.
Qui nos creauit primitus
Poſt & redemit quàm pius,
O non tacenda unquam pij
Noſtri pia hæc pietas dei.
Hic ſpiritu prophetico
Laudare ſe in ſuis iubet
Sanctis, ſupremus cœlitum
Rex & creator omnium.
Ergo colamus milites
Libenter illos cœlites,
Iuſſu dei reuerentia,
Tamen Patronos plurima.
Hos deprecemus ſupplices
Noſtros Patronos præſides,
Adeſſe ſe inuocantibus,
Prodeſſe ſupplicantibus.

Hos nanq; ſanctos milites,
Deus Patronos & duces
Nobis dedit, ſimus quibus
Vt tuti Auerni ab hoſtibus.
Vt nos iuuent dum uiuimus,
Noſtra ut ſuis oſſa oſſibus
Beent, ad ultimum diem,
Iungant ut & cœleſtibus.
Aeterne ſit deus tibi
Aeterna laus & maxima,
Nobis Patronos optimos
Hos qui dediſti & tam pios.

HYMNORVM LIBER
explicit.

# SIMONIS FAGELLI VILLATICI EPIGRAMMATUM, LIBER PRIMUS.

## AD D. FERDINANDVM Romanorũ & Vngariæ Bohemiæq; Regem.

### CARMEN. I.

FErdinãde Dei rex inuictissime nobis,
Nobis & patrię de pietate date.
Vt post mlta olĩ data nubila gratior orbi,
Ipse solet tãdem pulcher Apollo dari,
Vtq; solet radijs nubes dispellere opacas,
Ipse & consuetam reddere lætitiam.
Lætitiam regno rex clementissime reddis
Reddens iustitiam, debita iura, fidem,
Debita iura qb. pax statq; uigetq; p orbẽ,
Quę comite expẽdis iustitia atq; fide.

 Hinc

Hinc eſt, ut ſumant anim moerenda nuꝑ.
Et larga exultent omnia lætitia.
Vt ſperent inopes, iã longo & feſſa labore
Relligio, uultu ut iam meliore micet.
Imꝓbitas ſiqdẽ ſceleꝝ atq; licẽtia muſſant
Sentit iam ſeniũ & uis uiolenta ſuum
Et iam cõfuſus torpet cũ fraudibus error,
Armatũq; dolis pectus, & oẽ nephas,
Iuſtitiæ comites, caſtæ ſanctęq; ſorores,
Iã lętę & lęta carmina fronte canunt,
Veꝝ turba grauis paci imperiũq; potẽtis
(Quę noua ſp amat) neſcia ferre dolet
Et Catilina dolet fortaſſe auidiq; rapones
Saluã qui patriam nõ cupit, ille dolet.
Hi doleant, nobis non eſt in gaudia pect⁹
Sufficiens, tantę in gaudia lætitiæ.
Viue diu foelix, Rex clementiſſime uiue,
Viue diu nobis, ſeroq; ad aſtra abeas.

DE CAROLO HVIVS NOminis Cæsare Quinto, & Ferdinando Romanorum & Vngariæ, Bohemiæq; Rege, Fratribus.

Carmen. II.

Semideum soboles, maior⁊ uera propago
Austriacę uere germina uera domus.
Carolus imperij specimē, Regū inclyta frr
Gloria, fraterna pectora iuncta fide.
Quā fidei sanctę causam tutātur & ambo
Q⁊ pure diuûm numina sancta colūt.
Numina sancta colūt ipsi, rursus pia larga
Nūia dant illis prospera cuncta manu
Franco⁊ oñdit rex capt⁹, Roma subacta,
Regna Bohemo⁊, Pānonięq; ꝓbant.
Occiduus quicquid atq; Eous tenet orbis
Qua sol egreditur, q̄q; subintrat aquas
Vt prope iam teneāt hęc mundi nūia totū
Pro meritis Diui deniq; plura dabunt
Viuant fœlices, & uincant omnia diuum
Suffulti semper, gratia & auxilio.

DE FERDINANDO REGE

Carmen. III.

Regnorũ pceres, populiq́ antiquior ætas
Qui memori multa mente tenetis aui
Dicite quãquidem ueterum cõferre soletis,
Magnorum & nr̃i tẽporis acta ducũ.
Quã censendus sit Ferdinandus honore?
Aut quotus heroas inter hñdus auos?
Quẽ tot uirtutes ornãt, longæua uetustas
Profer: & annales eia reuolue tuos.
Tardior illa per ætatem, studio sed anili
Antiquę uersans nobilitatis opus.
Vidit & indoluit, nostras pręsentia dixit
Aequãt, & uincũt (heu dolor) historias.
Indignans uinci, atq; palã confessa dolorẽ,
Hoc uetus historiæ debilitatur opus.
Scilicet à uita & gestis magnisq́; triũphis,
Vt Ferdinandi defluat historia.

SERENISS. REGE D. D. Ferdinando atq; eiusdem Coniuge Regina Anna existentibus in domo Villatici, hęc is sequentia duo Epigrãmata parieti affixerat illis legenda.

Carmen. IIII.

Nil ornare magis potuit, poteritq́; futuro
Haud ullo hãc nostram tpe nempe domũ.
Ista hæc quam nostri pñtia principis, ista hæc
Fœlices interſit numerata dies.
Nõ ſolus prĩceps, ſed adeſt cũ principe prĩceps
Et Dña & coniunx, coniuge digna Ioue.
Intrauere domum, magalia nostra, penates
Pauperis Euandri, numinà tanta duo.
Numina tanta duo, terreno cum Ioue Iuno,
O nimium fœlix terq́; quaterq́; dies.
Dij date propitij longos fœliciter annos,
Nostra hęc Iuno ſuo cũ Ioue ſemper agat.

## ALIVD.

### Carmen. V.

Lucida nr̃a domus quantũ nunc? lucida certe
Sic olim nunquam lucida, læta fuit.
Hanc nunq̃ tãtum irradiauit Apollo, nec ipſa
Cynthia fraternis æmula luminibus,
Miror ego lucem multum, quin miror & unde
Vnde uenit tanto lumine læta dies
Regni phœb⁹ adeſt Rex, cui⁹ ab ore refulget
Sacrato hoc tantum conſpicuumq́; iubar.

Ferdinan-

Ferdinãdus adest, maiestas prĩcipis instar
Phœbi, perpetuũ fertq́ꝫ refertq́ꝫ diem.
Qualis ab aurora surgens illustrat in orbe
Oĩa purpureis Phœbꝰ & ambit equis
Talis maiestas de principe sacra penates
Irradiat clara lætificatq́ꝫ die.
Sit fœlix, faustũq́ꝫ simul contingat ab isto
Sydere certa mihi gratia, certa salus.

## IN ADVENTV REGIS Ferdinandi Pragam, quo tempore Turca maximis copijs ador tus fuerat Austriam.

### Carmen. VI.

Venisti tãdem Rex clemẽtissime, magno
Te & regni & populi sollicitate malo
Fœlix illa dies, fœlix plaudendaq́ꝫ semper
Incolumem quæ te restituit patriæ.
Iam sperare licet melius, iã ponere & illos
Ex animo tristes terrificosq́ꝫ metus.
Crudelis nobis quos incutit ille tyrannus,
Euersor populi Christe benigne tui.
Seruet te nobis Rex clemẽtissime diuum

Et fin-

Et firmet pietas regna tua atq; tuos.
Et tua fortunet tam singula facta p̄camur
Omnia ut ad uotū stentq; cadantq; tuū
Quo tua maiestas tandē successib⁹ aucta
De Turca referat ampla trophea truci
Nr̄a hæc uota petūt, faxit rata cōditor or.
Inclyte rex, & te suspitet usq; pi⁹. (bis,

## AD REGEM. FERDINAN. Carmen. VII.

Si populus lamenta dolens iustasq; q̄relas
Fundit, & ipse tuā postulat usq; fidē.
O rex magne, deū si non patientia maior
Esset, neglecti ij conquererētur idem.

## AD REVERENDVM MAgnificumq; D. Ernestum à Ssleynycz, Administratorem & Prępositū ecclesię Pragen. &c. dignissimum. Carmen. VIII.

Si qd amat Musas tua magnificētia, siquid
Esse putat sacris ora rigasse uadis.

In

In latio magno & Beroaldo sub duce, siqđ
Vocali refert te studuisse Cheli.
Vñ tibi lepide uarians se hęc gratia linguę
Venit, & hoc placidi mel fluit eloquij
Quo facile ĩ uotũ uelut olĩ Acheloia Syrẽ
Attrahis, atq; sequi queq; cupita facis
Si magni reputat, si pfert (debet ut) auro,
Quas & habet gẽmis hęc, tua nobilitas
Musarũ uigiles uel solũ hoc pter alũnos
Adiuuet, & digno subleuet auxilio.
Sũt memores Musę, uiuacia carĩa phoebi,
His uitę & gestis consuluisse datur.

## AD D. SIGISMVDVM de Hasisteyn.

### Carmen. IX.

Indolis & uerę uirtutis semina, dignos;
Atq; tua legi nobilitate modos
Sũt tua Mopsopio cõdita poëmata melle
Blandicijs, salibus, tincta lepore, iocis;
Pectore de pleno tantos effundis amores;
Pullulat ex uersu gratia tanta tuo.
Est patrui uirtus in te, sunt Palladis artes,
Pallas

Pallas agit pectus, Cynthius ora deus
Quæ nõ mella fluũt ex uerbis? deniq; q̃d
Missa mihi nup carĩa nectar hñt. (nõ
O ego si possem, tãto pro munere dignas
Virtuti grates persoluisse tuæ.
Fœlicem nimiũ me terq; quaterq; putarẽ
Qua possim rogito surgat ĩ orbe dies.

## DE STRAGE PER TVRcam in regno Hungarię facta Anno 1526.

Carmen. X.

Ecce iacent pceres & rex & nobile regnũ
Nuper Pannoniæ nobilitasq; potens,
Añ uelut Rhodos olĩ, bimarisq; Corinth⁹
Añ uelut miser Gręcię tota simul
Et nobis iam tam crudeli ex hoste pericla
Instant, quę parui non facienda reor.
Nãq; sitit nostrum crudeliter ipse cruorẽ,
Sępius impletus, sed sitit usq; tamen.
Facta probãt ausum, uires, rabiẽq; sitimq;
Sanguinis & rerꝫ cognita facta nimis
Quis cohibere q̃at lachrymas, & sistere planctum.

In

In tam funesto terribiliq; malo.
Discors mẽs hoĩm, superũq; offensa deorũ,
Causa potest tanti & creditur eẽ mali
Hęc possunt, dñt, & pectora nr̃a mouere,
Si mõ quid sensus pectora nr̃a tenent.
Hęc agitanda forent multũq; diuq; citoq;
Qui sapit haud apto tẽpore, sero sapit.

# MARTINALE.

## Carmen. XI.

Sapphicum cum Adonico.

Præsulis sancti redeunt sodales
Festa Martini, celebranda nobis,
Postulat largam Cererem dies hic,
Vina dapesq;.
Postulant lætos animos beati
Festa Martini procul ad seueros
Hinc abi quisquis tetrica intumescis,
Fronte Catonis.
Impiger dulci ciathos lyeo,
Eia quid cessas, male sane, reple
Rursus & tandem repetens corona
Vina minister.

Ista

Iſta ſi neſcis peragenda ſic ſunt,
Mentibus lætis, Bromio iuuante,
Feſta, quid ceſſas male ſane? reple
Pocula uino.
Interim pallet quibus arca nummis,
Dediti patres opibus parandis,
Qui parum large celebratis almi,
Sacra Thyonei.
Largiter nobis tribuatis ut nos,
Gaudijs, cantu, dapibus, lyeo,
Iſta ſoluamus, peragamus atq;
Humida ſacra.

DE LIVORE AD MAGI-
ſtrum Ioãnem Hazenburgium De-
canum Lithomiericẽn.
Carmen. XII.
Iambicum Trimetrum.

Liuor dolet, uidiſſe quiddam oportuit,
Vel audijſſe, errore ſi ullo non trahor,
Fuit ſuis uirtus beata dotibus,
Crudelis ultrix ipſa uere & carnifex
Illi, ut gemit uiſa, ut gemit tãdem & dolet,

Orco uelut damnata plebs sub igneo,
Virtute uisa si dolere oporteat,
Semperq́ꝫ tanto hoc sic perire uulnere,
Præstaret esse cęcum, & obsurdescere, aut
Non ęsse, non, profecto, non, nec uiuere,
Aut uiuere inter bestias, uel Dęmonas,
Nulla est ubi fœlicitas & inuidos
Virtus grauans, quantis deus doloribus?
Tanto hoc malo liuor miser, nimis miser.

## AD LECTORES LIbrorum Lutheri.
## Carmen. XIII.

Mlta Luther scribit ũa, & uanissima mlta
Vera, sed ut uanis posset inesse fides.
Frigidꝰ ò frēs fugite, hic iacet ãguis ĩ herba
Toxica mixta fauis, eya timete, latent
Quod si uos nouitas reꝝ atq́ꝫ licentia tãta
Allicit, hoc uigiles ite charybdis iter.
Ne uos in præceps & tristia septa Barathri,
Illius incautos illita scripta trahant.
Vt q̃ndã ille Sinon Teucros falsissima ũis
Fingens, incautos traxit in exicium.

In li

## IN LIBELLVM LVtheri de Purgatorio.

Carmen. XIIII.

Post tot bella Luter nr̃o cõmissa sub orbe
Et post tot clades, quo ruat, eya uide.
Admiranda uiri certe est audacia, quantis
Iam quãtis ausis ipse Acherõta petit.
Vt trepidãt hem iã Plutonia regna, sed ipẽ
Eumenides etiã, quicq̃d & orc⁹ habet.
Ipsum etiã nimis & Regẽ pcellit Auerni
Hęc nouitas, ut ne uadat in exilium,
Nãq; herebi partẽ mõ iã uictricib⁹ armis
Destruxit, reliquũ si superet, bene erit.
Impetet & cœlũ insuperabilis illa Lutheri
Lingua, & erit misero huic ultim⁹ ille
(labor.

## SVAE IVVENTVTI STVdiosæ. Carmen. XV.

Heus studiosa cohors nr̃is demulsa Camẽ
Iã toties sacris & saturata fauis. (nis,
His q̃q; nũc patulas aures iñflecte parũper
Ex imo fusis pectore consilijs.
Collige diuitias uenturæ dogma senectę,

Dū tener hūor adest, & tua mēbra uirēt
Nil confide uolant alis pernicibus anni
Forma breui spacio non reditura perit
Lilia surgēti ut spectas rutilācia Phoebo,
Flos nostrę ętatis, sic nitet atq; perit.
Lęta iuuēta fugit, trēulo subit horrida pas
Atq; cū morbis curua senecta suis. (su,
Mlta senē plectūt incōmoda, dū noua sen
Illa, quib, releues collige diuitias. (tis.
Pallidis Armisonæ maturos carpe racēos,
Diuitias animi perpetuumq; bonum.
Rusticus ut superet glacialis tpa brumæ,
Quid nō sustinet hic, sole calēte, miser?
Vt tibi mollis hyēs cōtingat, lęta senect⁹,
Nūc sere, q̄ plena post mō falce metas
Quod si segnis eris, dū te uexabit ęgestas,
Heu quāto repetes ꝟba dolore mea,
Fagellus crebro uerum mihi dixerat olim
Dices, Fagelli molliter ossa cubent.

## AD PISONEM.
### Carmen. XVI.

Vel mea pieridũ redolẽt nõ mũera nectar
  Vel minor est modulis q̃ fuit añ uigor.
Mũeris in p̃cium q̃d nõ mihi signa fauoris
  Vlla refers, si aliud nil, bona uerba tñ.
Es q̃a tu vates Phœbeo numine plenus,
  Perfusus liquidis ex helicone uadis.
Non tñ ut tenui labentia carmina riuo
  Despicias, uatis credimus esse pij.
Esto q̃d Aonio non stillãt nostra liquore
  Ora, q̃d & nr̃o est paruus in ore sonus
Est fateor nõ Parnasi de culmine montis,
  Aduolo, nec Daphnes frõde decor⁹ eo
Nãq; ego Thespiadũ p ameẽa uireta sororꝝ
  Ingredior uates delphica tẽpla nouus
Cyrrheos colles uatum dulcesq; recessus,
  Incipio primis passibus obterere.
Et meliora canam melior cũ uenerit ætas,
  Percoq̃t, ut segetes, & mea scripta dies.

AD SEBALDVM VRATI-
flauieñ. Carmen. XVII.

Iã nisi plautinos meditabor pectore lusus,
  Et placidas Comicũ sedulus oris opes

Iam mihi q̃ pridem uel tota mente petebã
Sordẽt, & phœbi nil nisi plectra placẽt
Sic mellita meos incendit Epistola sensus,
Ista Sebalde tuo picta magisterio.

AD PHILIPPVM PHAZE-
num. Carmen XVIII.
Phalæcium Endecasyllabum.

Docti & doctiloqui sui Philippi
Henricus poterit tuus Rosensis
Vnquam non meminisse: certa namq;
Consueuit fieri fides Rosentum,
Semper quem coluit suum Philippum,
Henricus uenerabitur colet q;,
Molles, Cypria dum rosas amabit.

AD IMAGINEM D. VOC-
cum Rosensem uere repræsentan-
tem. Carmen. XIX.
Phalęcium, ut sup.

Qualis Voccus erat Rosensis heros,
Olim uiuus adhuc fauentibus dijs,
Nostri Dedalea manus Simonis,

Talem prorsus,& usquequaq; talem,
Pinxit,tam similem, sibi nec ipse
Vt sit tam similis,uideto uiuum,
Qui pridem bene noueras,an ipse
Voccus sit,magis,an putandus iste.

## AD SEBASTIANVM MAium Pannonium, condiscipulum suum. Carmen. XX.

Ales hyperboreo laciũ cõpulsa sub orbẽ,
Qualibet autũno tristis ab axe uenit.
Veris in aduentu remeat dũ sedula partus
Natiuo complet,lætior arua melo.
Tu licet autũno laciũ deueneris hoc,mox
Mellitos mira perstrepis arte modos.
Qualia credibile est, sub uerni tpis anno
Te canere,iter aues,q̃d solet Athis eris.

## AD EVNDEM. Carmen. XXI.

Dulcia docta nĩ mihi mox gratissima dicã
Carmina,nõ tãto munere dignus erã.
Vidi pellegi,mel uisus deliciasq;

Sngere uocales, Corricidumq; fauos.
Talib. Euridicen mẹst⁹ defleuit ad Hebrꝫ
Orpheus, ẹst cui⁹ sylua sequuta fidem.
Si non gẽtilis, si non charissimus esset,
Sollicitus Ianum posset habere timor.
Sed nõ ad partes primas sic tendis honorꝫ
Vt Ianum uelles postposuisse tibi.
Credite Pannonij uestri iam gloria Iani,
Quẹ fuit unius, illa futura duum est.

## AD EVNDEM.

### Carmen. XXII.

Quãtus Pieridũ cultor sis, quãtus amator
Gorgoneis Mai quãtus amicus aquis
Niseos quantum uates uenereris amesq;
Phœbeas quanta sedulitate fides.
Mopsopijs condita fauis, salibusq; latinis
Carmina testantur uberiora bonis.
Quẹ tibi quur roseis insidũt totq; labellis
Semp, q̃t uermis gramina fundit ager
Calliope Phœb⁹q; tuo sub pectore clausi,
Te nolunt unq; non meminisse sui.
Sꝑ q̃n stimulos cupido sub corde uolutãt,
Subdunt

Subdunt ardenti flamma & usq; foco
Assiduos ꝓmũt hĩc Enthea pectora cãtus
Docta cheli quercꝰ ducere uoce feras
Nõ agitante deo, q̃rat præcordia quisquã,
Quur recites? sacrꝫ pectora numẽ agit.

## IN TRIVMPHO PELSInen̄. Carmen. XXIII.

Sapphicum cum Adonico.

Plaude uictrici redimita lauro
Pelsinę plebs te temere irruentem,
En uides hostem medio in triumpho,
Pelsina plaude.
Inclytum nomen titulis superba
Vrbs ab antiquo geris & perenne,
Liberat coeli deus & fouet te,
Pelsina plaude.
Disce mortalis miser & superbe,
Quid ualent uires popularitasq;,
Quid potest urbis sapiens potensq;,
Disce senatus.
Qui boni tantum fieri superbo
Spiritu uultis, scelerum ministri,

Ecce lictoris bonitas sub ense
Vestra laborat,
Sunt ubi tandem furiosa miles
Verba Pelsnensi insidiosa plebi,
Funis en circum teretes lacertos
Flexilis errat.
Artium pallas domina & repertrix,
Ornat urbanos regit atq; format,
Hac duce extendit qui animos ad arma,
Vincit ouatq;.

AD EANDEM VRBEM
Pelsinen. Carmen. XXIIII.

Plaudite turrigere surgẽtia męnia Pelsnæ
Plaudite doctiloquis męnia fulta uiris
Mœnia romuleos factis reuerentia colles,
Seu uos bella iuuãt, seu iuuat artis op9.
Surgitis exemplo septenæ mœnia Romę
Surgite, Romulidũ uosq; seq̃tur honos
Sic genus Aeneadũ q̃ndã laciũq; superbũ
Martia graiugenũ sustulit arma ducũ
Cecropiæ tandẽ quicq̃d tenuistis Athenę
Artis & ingenij, quicquid & eloquij.

Non

Nō sec⁹ arma pri⁹ galeasq; expta cōatas,
Iā doctos colitis mœnia pulchra uiros
Arma parta salus nobis, seruata fidesq;
Doctis fama uiris, uita penne decus.

## AD ARMA PELSINEN. Carmen. XXV.

Semp erat canis hic nr̄is ab origine prima
Pr̄ibus, ut uetus id explicat historia.
Verꝝ aq̄lā Endupator & arma uirꝝq; sub-
Adiūxit iusta de rōne suā. (inde
Sedis Apostolicę pastor claues dedit, illæ
Testes seruatæ relligionis erunt.
Hic uerꝝ in nostris etiā qui pingitur armis
Nobis ex hoste preda camelus erat
Et qm̄ superos uirtus benefacta fidesq;
Tangūt, de superis Angelus ista tenet.

## AD PAVLVM POLLIO-nem. Carmen XXVI.

Attulit è nostro quos nobis uillicus horto
Cum pomis flores lilia mixta rosis.
Illos mitto tibi charissime Pollio nostre
Pro

Pro longo mutuę fœdere amicitiæ.
Quę Veneri ipē tuę dādo mercabere qd/
Nimirų dulci dulcius ambrosia. (dā,
Nō igitur gratū dices hoc Pollio munus?
Qd' tibi tam gratas conciliabit opes.
Expecto certe tu quid pro munere tanto
Reddas, & tanta commoditate mihi.
Iudice te si ex condigno iustaq; bilance
Re bñ perpensa mittere digna uoles.
Vix satis hoc fuerit certe si q̄cq̄d hymett⁹
Mellis habet mittas, hyblaq; q̄cq̄d ha/
bet.

## AD SOMNVM.
### Carm. XXVII.

Somne quies uiuis multo placidiss. somne
Humani portus profugiumq; mali.
Pax animi, fuga curarų, gratissime fessis,
Tandē post opere pensa soluta grauis
Vitę pars melior, qui demulcesq; domasq;
Curas, qui Regi par famuloq; uenis.
Quo sine nil pñt, mortalia singula, namq;
Languēt paulatī & languida deficiūt.
Diceris & recte pater instaurator & alm⁹
Passim

Passim uirtutis scitur id esse tuæ.
Eya ueni nocti gratissime, lucis amice,
Aegri instaurator corporis atq; animi
Eya ueni optatūq; oculis immitte soporē
Nostris, & placida mēbra quiete foue
Quousq; suū repetāt cursū ex te uirib. aucti
Sensus, & placida mēs repata uice.

IN OBTRECTATOREM inuidum. Carmen XXVIII.

Adonicum Monocolon.

Heus precor atris,
Conde tenebris,
Non bene comptam,
Inuide frontem,
Obsita magna
Inuidia mens,
Quid facit ecce?
Exagitat te,
Excruciat te,
Exanimat te,
Eya misselle,
Desine tandem

Consu-

Consulo sane
Inuidia te
Exagitare,
Excruciare,
Exanimare,
Desine tandem,
Nostra per ipsum,
Carmina Christum,
Carpere ineptis.
Improbe uerbis.
Quod nisi prorsus
Feceris, & te
Ipsa uicissim,
Inuide carpent,
Et magis omni
Igne perurent,
Eya age queso,
Non bene comptam
Conde tenebris
Inuide frontem.

## AD M. SIMONEM AVSTI cum Archidiaconũ Ecclesię Prageñ. Carmen. XXIX.

Mitius

Mitius aura meã tua ꝑ cõnamina puppim
Nũc agit, hęrebunt pectore fixa meo.
Ante suos Albis cõuersus curret ad ortus
Ister & à ponti refluus ibit aquis.
Hęc tua q̃ pietas memori de corde recedet
Aut mens ipsa memor desinet esse tui.
Qui restat cliuꝰ, quẽ nosti, mẽtis amarę ẽ,
Hunc q̊q; uirtutis est superare tuæ.
Perge iuuare tuos fiducia certa tuorum
Nostra neq; in medio desere uela mari.
Fortasse hæc olim pro me fecisse iuuabit,
Stat bñ apud memorẽ gr̃a queq; uirũ.

## AD CHORAVLEM QVENdam. Carmen. XXX.

Extat tã magnus tibi pingui abdñe uẽter,
Vt uesica apte ditior urse queas.
Quẽ q̊d miror ego tenuet nõ liuor & ipsa
Semper qua recales plus satis inuidia.
Ne tu pallidior buxo & uillosior ursa
Iam pridem fieres aridiorq; scobe.
Inuidiæ tibi si uirus non, liuor & ipse,
Naturæ fierent grata alimenta tuæ.

Est

EPIGRAMMAT.

Est mõstri simile hoc mirari desine mõstra
Sic gaudent mõstris, ut simile oẽ suó.

## AD PISONEM.

Carm. XXXI.

Distortum uultũ sequitur distortia morꝝ,
Hoc qsquis Sophiæ dixit alũnus erat.
Calluit ille quidẽ magnę secreta parentis,
Naturæ, specimen hoc fuit ingenij.
Qui res solerter rimãtur & intima rerum,
Semina collustrant, & ratione probãt
Id uerꝝ certumq́ꝫ uolunt, quin plurima cã
Exempli ponunt, conspiciẽda palam.
Pluria sunt nimirꝝ in prõptu, exẽpla, ꝑ ipse
Id solus nr̃as Mẽroth abunde probat.

## IN CYCLOPA QVENDAM

Carmen. XXXII.

Hexametrum cum Iambico Dimetro.

Mõstrꝝ infame, bonis inuisũ, q̃ lup⁹ agnis,
Scarabeus alphæ quã alitum.
Improba sanctorꝝ series tãdem illa tuorũ
Lucescit, erumpit, scatet,

Quis te

Quis te nõ digito cõmõstrat? dicit & hic ē
Lerna & malorum ipsum mare.
Conde caput tñbris miser, & fuge fabula
Onerate tam fama graui. (uulgi
Vltra seurõatas ꝓcul hic tibi q̃re latebras,
Pestis quietorum improba.

## IN LOCO VBI INAVGVratur Clerus ad Beneficia scribendus. Carmen. XXXIII.

Iambicum Trimetrum cum Dimetro.

Meminisse porrò nos loci huius conuenit,
Vigilanter atꝗ prouide.
At debiti cui iureiurando sumus
Obnoxij, magis quidem,
Iurata mens, onerata quantum & qualiter
Hoc in loco, & quibus modis,
Expendere hęc profecto identidē expedit
Memoranda commemoro patres.

## KALEN. IANVARIIS AD Musas transmittendo easdeam ad Gene. D. D. Emestum de Caunitz.

Carmen. XXXIIII.

Ecce bifrontis eunt iterum iam tēpora Iani
 Ecce suū reparat lubricus annus iter.
Sacra dies priscū semp celebrata per orbē,
 Exoritur nobis alite fausta bono.
Has largas ueteres Iani dixere Calendas,
 Munificum tp̄s, munificosq; dies.
Muneribꝰ decertāt nūc iuuenesq; senesq;
 Munera certatim fertq; refertq; puer.
Eya meo mittam dn̄o quæ dona patrono?
 Virtus insignes exigit eius opes.
Quę dabo dona uiro? q̄, cōsule Castalidū
 Cōsule, sūt dn̄o mūera dāda meo. (grex
An mihi uel gracili, flauescit cāpus arista?
 An mihi cētenus iugera taurus arat?
An primis floret mihi uinea cana racemis
 Innumerum an claudūt uł mea septa pecꝰ?
An mī uł rutilas Hermꝰ fert diues harēas?
 An domꝰ è solido marmore celsa nitet?
Murice bis tyrio an ł tīcta renidet abolla?
 Mittere q̄s solita est luxuriosa Tyrus.
Quid faciā Musę dulces? sub tecta Patrōi
 Ite, meū paucis expediatis opus.

Non

Nō puto mōstrādū uobis iter, Ast bñ uobis
Cognita sunt dñi limina docta mei.
Ille colit Phębū, uobiscū ꝑs sibi magna est
Illius est uobis semper aperta domus.
Anni fausta noui me poscer̄ tp̄a diuq̨ huic
Dicite, fœlices & sine fine dies,
Dicite, nō ualet hic reb. q̄d mēte benigna
Pręsto ē, sit bona mēs, & uoluisse satis
Ite bonis auibus Musæ, pro munere fiet,
Scilicet hoc fęlix omne & augurium.

## AD NICOLAVM RADNI-cen̄. Carmen. XXXV.

Qui fratrē uocitas operas impēde rogāti
Fratri, nec cessa fratris in officio.
Ex me rursꝰ idē expecta, mō posce iubeq̨
Sic quicq̨ possum, res mea tota tua est

## AD SEBASTIANVM medicinę Doctorem, uirum optimum. Carmen. XXXVI.

Nō ꝗd opes reddas olim q̄s sustulit hostis
Aut quid tale places ꝗd mihi p̄stiteris,
Sed ꝗd reddideris languentib. arte uigorē
Membris, & rursus conualuisse mihi.
Debeo ꝟtuti celeberrime doctor honorē
Et grates omni tempore habere tuæ.
Nā Cous medica p̄lustris in arte magister
Vel si fecisset pharmaca philyrides,
Nō meliora mihi magis aut factiua salutē
Fecisset, siquidē quam ualuere tua.
Desperata salus mōstrat, reuocataq́ꝫ tandē
Rursus ab ingenio, rursus ab arte tua.
Qua propter meritas alij ceu rite parenti
Grates debere me tibi confiteor.
Qď mihi si Tyrio madefactę murice lanę
Sint & Erithręo dona reperta mari.
Ferres & Tyrio madefactas murice lanas
Nec minus Eoo dona reperta mari.
Sed qm̄ desunt, placeat tibi prona uolūtas
Interea, ò magno nō minor Hypocrate

## AD SEBASTIANVM MEdicinæ Doctorem.

Carmen

Carmen. XXXVII.

Phalęcium Endecasyllabum.

Verbosus reliquum Poëta quod det,
Quum non sit nisi uerba, uerba fronte
Læta sume Sebastiane, at hæc sint
Et si pauca, mouent & ipsa mentem
Pauca, si haud male sint modo diserta.

## IN QVENDAM VANVM.

Carmen. XXXVIII.

Ligua dolosa de⁹ te destruet, optim⁹ olim
Et rex & uates dixerat, eya time.
Mēdax lingua time, sūmo despecta tonāti
Qui nisi q̄d uerꝫ est diligit atqꝫ probat
At rex Eumenidum mēdacia qꝫ colit ipse.
Ipse dabit p̄mia meritis digna tuis.
Et merito, nam qui mendaci militat orco,
Debet ab inferna, premia ferre styge.

## AD DOM. IO. POPEL.

Carmen. XXXIX.

Qd' iā nō dubito tua magnificētia Erasmi
Legerit à nobis scripta recepta diu.

EPIGRAMMAT.

Scripta recepta, diu tua magnificētia Eras-
 Iā tandē iubeat eya redire domū. (smi
Saccara mixta fauis magni dulciss. Erasmi
 Iam tandem iubeat eya redire domum.
Pieridum flores & amœna uireta dearū,
 Iam tandem iubeat eya redire domum.
Delicias animi, mentis lenimen amaræ,
 Iam tandem iubeat eya redire domum,
Nolit nos rebus tm̄ fraudare cupitis,
 At tandem iubeat, eya redire domum.

BONI BIBONES.
Carm. XL.
Hexametrum cum Iambico
Dimetro.

Felices nimiū quocunq; in gurgite pisces,
 Licet quibus quando libet,
Proluere os gelidis ꝑ uoto & largiter un-
 Suam sitim propellere. (dis.

AD VICTORINVM
Crumlouieñ. Car. XLI.
Phalecium Endecasyllabum.

Victori

Victorine petis poëma doctum,
Maius diuitijs opus caducis
Victorine petis poëma doctum,
Vis si, pone sacrum pias ad aras
Musis humidum agatur ut solenne,
Nectar Corrioidas decet sorores,
Nescit sobria Pieris iocari,
Vis si blandicias, sales, lepores,
Edat, lætitiæ dator fac adsit
Bacchus, mellifluum, suaue, blandum,
Argutum, & facile, & uoluptuosum.
Edet, dulcifluiq; musteiq;
Adsunt humidulæ ioci Camenę,
Siccę nil nisi triste languidumq;,
Reddas humidulam, dabis uigorem,
Reddes sex Cyathis bonum uigorem,

AD MARSVM.
Carmen. XLII.

Quę nõ inuidiã sensit, non uiuida uirtus
Est, gignit poenas inuidia ipsa suas.
Fer patienter, habet iustã patientia legem
Est aliquid, dignum dicier inuidia,
Liuori ne cede malo, fulgentior extet

Fac uirtus, doleant uel magis intereà
Quod scribis nil est, ulcisceris ipse superq;
Ipse nimis uapulat inuidus inuidia.

## AD VENCESLAVM BOlesinum. Carmen. XLIII.

Et quis hic isulsus, ignar9, inept9, inaudax?
Audax uel tm̄ nocte uel in tenebris.
Est aus9 modulos dextra uiolare nefanda
Proh scelus & numen cõtemerare piū
Olim ulciscetur læsum se numen abunde.
Pęna grauis diuū est, tarda sit illa licet
Fagello satis atq; satis fuerit, toties te
Dicere latronē, quisquis es, intrepide,
Dū tibi sit nutrire nephas, dū p̄ssa labella
Dēte teras, mut9 fact9 ut Harpocrates
Vel nisi per tn̄bras iter noctis liceat quid
Audire, à sueta proditione tibi.
Sed non est curet quod tali fraude petitus
Fagellus, factus notior inuidia.
Qui te hoc p meritis latro & p talib. ausis
Quisq̄s es, ad p̄ns munere donat, habe

Aliud

## ALIVD.
## Carmen. XLIIII.

Inuidiam flammæ similem dixere uetusti
Alta petit quã semper ut illa solet.
Semp ut illa solet petit alta q̃d, atq; q̃d urit
Multum, q̃ semper æstuat igne suo.
Vrit sed nisi se tm̃, quid iustius ergo hac,
Si sceleris poenas irrogat ipsa sibi?
Hoc habet illa boni tm̃, p cętera nequã est
Tãto hoc q̃d torq̃t se excruciatq; foco
Se excruciat, quam placet hoc, etiam placet atque hoc,
Vt pereat prorsus, ne magis inuideat.

## AD HENRICVM HRVSsouianum. Carm. XLV.

Cecropio dulces mihi distillare uideris
Ore fauos, q̃ties carmina docta sonas.
Docta Bohuslai quoties Henrice recẽses
Caria, q̃ memori plurima mẽtę tenes.
Pẽdula post reditũ nõ tã narrantis ab ore,
Penelope fuerat foemina fida uiro.
Dardanij Phęnissa ducis nec grati⁹ hausit

Verba recensentis ꝑlia Graiugenum,
Magnifici quã uatis, ego uictura perenne
Carmina ꝓcupida sedulus aure bibam
Hic est Italicis certat quo barbara tellus
Vatib. hic est cui pulcher Apollo fauet
Hic ẽ Pallados & Phœbi se pectore cuius
Numina cõcludũt, Corricidũq; Deæ,
Non habuit talem gẽs olim Bema poetã
Quin heroa, nec est posthabitura parẽ.
Heroũ specimẽ, doctorũ splẽdor honorq;
Hic est & Bemi gloria rara soli.
Eya age plura refer tãti mihi carmĩa uatis
Esse reor, dices, multa relata mihi.
Plurima sunt fateor, restãt sed plura relatis
Et dederis quanq; plurima plura peto.
Qđ placet & tm̃, nunq; consueuit id ip̃m
Esse nimis, cupidas num satiant thyma
(apes.

EX PERSONA SCHOLA-
sticorum. Carm. XLVI.

Hexametrum cum Iambico Trimetro.

Corbulo q̃ ingenti uix ferret robore molẽ
Sexcenta scilicet bene ampla tergora
Sisyphus

Sisyph⁹ ut saxũ gemitu mlto atq; sudore,
Ferre & referre nos oportuit diu.
Donec Fagelli pietas cõmota labore hoc
Nostro obuiaret huic diutino malo.
Sit superis igitur pro munere gratia tanto,
Fagello & ipsi post deos q; plurima,
Quod labor añ fuit, fiet iam nr̃a uoluptas,
Ferre & referre musicũ hoc iã tãdẽ op⁹.

## AD CHARISS. VIRVM Doc. Ioannem Cochlæum. Carmen. XLVII.

Versiculis Doctor clariss. Villa Simonq;
Multa tuis debent, id tñ ex animo.
Virtutiq; tuæ isthuc se debere negabunt
Nunq;, q̃d bona sunt noĩa semp̃ erunt
Nũc utcũq; ualent, q̃n toto pectore grates
Mltimodas reddũt, certe & hñt, & agũt

## AD HENRICHVM SCRIbonium Thineñ. Car. XLVIII.

Vt suus ille tuus, quãtos en spirat amores
Fagellus, quãtos dispice, quãq; pios.
Mensu-

Mēsurā q amor nescit, nūerosq; uidere ē.
Exprimit in summa dum sua uota tibi

## SIMON MAGVS AD suos. Carmen. XLIX.
Phalęcium Endecasyllabum.

Me nemo est meliorq; certiorq;
Promotor, domini deum ministri,
Artes quod nequeunt, nec ulla uirtus,
Id uobis ego sumministro Simon,
An non ergo mihi deum ministri,
Eho soluere debitos honores
Debetis, merito optimoq; iure
Vt grati & memores sitis requiro,
Tandem soluite debitos honores.

## DE VINO AD BACchum. Carmen. L.

Hic est ille liqnor mentes qui sanat, & ipso
Qui curas hominū diluit ex animo.
Dilutis animi uicijs, qui uincit amico
Languida de curis mēbra sopore suis.
Bacche sator uitis, dator h9 & alme liq̄ris.
Pro tantis tibi sit gratia magna bonis.

Ad

AD CLEMENTEM PARO-
chum. Carmen. LI.

Nũc undosa pal⁹ dũ me, dũ cãna palustris
Detinet, ingrato terra referta luto.
Digna min⁹ uřis, mea si censent & ut sunt
Auribus, & uestro carmina iudicio.
Nil mirere pater, postq̃ me felsina docta
Erudiet, placido suscipiendo sinu.
Nitar ut effracta ruditate, p ardua circhæ
Saxa ferar, placidis accola factus aq̃s.
Tũc mea forte legẽs cẽsebis digna popel-
Caria, lõgęuo nec peritura die. (lo
Dices forte tuis tandem uicina Camenis
Et quos Piso facit proxima uersiculis.

IN CONVENAM QVEN-
dam, qui in Emserum se mille parti-
bus eruditiorem scribere fu-
it ausus. Carm. LII.

Scripsit in Emserũ & q̃dure cõuena quidã
Doctus iudicio scilicet ipse suo.
Sed collat⁹ ad Emseri pia dogmata docti,
Ignauum porrò cernitur esse pecus.
Stulta

Stulta tuos intra maneas audacia fines,
Atq; tibi quâm sit penula curta uide.

## AD MAGISTRVM ERAsmum Piniferum. Car. LIII.

Hexametrum cum Dactylico Archilochio Hypercatalectico

Ille tuo qndam nutritus nectare Simon,
Pastus & Ambrosia.
Pierides nos ille suas heliconis ab arce,
Castalioq; lacu,
Ire salutatum iussit tua tecta domumq;
Teq; laremq; tuum.
Vt ualeas fœlix rerv celebrande magister
Saluus & incolumis
Optat, ut & pilias æui tribuant tibi metas
Vincere Dij superi,
Scipio Męcenas tu huc & Messala magr̃,
Te reuerenter amat.
Si qd agat, q̃ris, nou⁹ hic Heliconis alũn⁹,
Nostra uireta colit,
Pegaseũq; nem⁹ gelidis parnessidos undis
Mersa labella rigat.

Atq;

Atq; leues calamos tractat cytharáq; so-
Barbita,plectra,Chelim. (nantẽ,
Hunc nos Parnasi p celsa cacumĩa mõtis
Ducimus Aonides.
Pegasee & nos huic rupis pia flũia, nosq;
Bacchica serta damus.
Hęc sunt contexit q̃ prima poẽmata tãdẽ
Et meliora dabit.
Quũ meli9 lucos & amęnas phocidos un
Nouerit & biberit. (das,

AD NICOLAVM RAdnicen. Carmen. LIIII.

Phalæcium Endecasyllabum.

Vel densas Nicolae me per umbras
Vallis Pegaseę tulisse gressus
Ad fontem uitreo liquore clarum,
Ter ternę recinunt ubi Camenæ,
Vocali medium tenente Phœbo,
Vt uates propere hinc nouus redirem,
Credis,quod mihi rem grauem iubes,&
Dignam uate magis peritiore,
Nostri scilicet ut beatitatem

Diui

Diui carmine principis uenustem,
Qui dignus fuerit Maronianis,
Veris carminibus & eruditis
Quæ sistant uaga gurgitis fluenta,
Syluas quæq; trahant sonantis hęmi.
Quæ flectant furias, doment canemque
Ditis, ter geminum suauitate,
Sunt Musæ tenues meæ, imparesq;,
Isti tanto oneri ferendo, me oro
Tandem quod iubeas onus subire,
An possim uideas onus subire.

## PRO OPERA PRAESTITA ad Patronos. Car. LV.

Certe ego si totā ediscā referāq; Corithon
Omnib. exequē si artibus Hesperiam
Sit si uox aniusq; mihi Demosthenis, atq;
Os q̄d melle fluat, pegasidumq; fauis.
Isocratis Veneres mihi dēt, si dulce loq̄ tā
Est quâm Partheniū Męoniūq; melos
Mella Platonis apes dent si uocalia tandē
Dent etiā innūeras, si Ciceronis opes.
Quin si doctiloq̄ det suada p̄clis ab ore ut
Sic nostro

Sic nostro liquidi mel fluat eloquij.
Imò si Musæ recinant, si cantet Apollo,
Si genitus Maię temperet ungue fides,
Pro meritis dignas nō possī soluere grates
Pro tanta hac uobis cū pietate fide.

## AD SVAM Iuuentutem. Carmen LVI.

Aonas ad mōtes dulces sub Daphnidis un (das,
Ad placidas tetrici Bellerophontis aq̄s.
Lęta iuuēta ueni, quàm fax & gloria famę
Et placidi immensus ardor honoris agit
Tēpla Camenar℞ concentu lęta frequēta,
Et uigil anguigerę Gorgonis arua cole,
Eya age corricidas sed & hęc q̄cūq; cohor
Aspirāt uatū, numina sancta cole. (ti
Pocula Dirce fontis mage nectare dulci,
Mollia percupidis sumere perge labris.
Arrecta Musas Andini uatis honestas
Quas quōdā Cęsar hauserat aure bibe.
Illę te ducent per pinguia Phocidis arua,
Eurotę ripas, perq; heliconis aquas.
Am̄e siti striges Agāipes pectore eburno

EPIGRAMMAT.

Auratæ feries fila canora lyræ,
Cicta comas hederis uiues & ỹgie Phebi
Doctis grata magis facta subide uiris.

AD EANDEM.
Car. LVII.

Tēde manus totosꝗ; sinꝰstudiosa iuuētus
Nr̄a tibi uarias musa refundet opes.
Musarꝝ hausta uadis mlta emanare uidebis
Eloquij sensim saccara melꝗ; boni.
Viribus ingenij totis incumbe labori.
Si sapis, haud omni tp̄e uernat ager.

IN PRAELECTIO,
ne Tragœdiæ Senecæ.
Car. LVIII.
Phalæcium Endecasyllabum.

Aures arrige tinnulas iuuentus,
Et pectus tragicis para cothurnis,
Fortunæ uarias uagæ procellas
Si uis nosse, potes meo labore,
Si uis, nosse potes ducum furentum
Casus, exitia & cruenta, tandem

Plan

Planctus fœmineos, simul nephandos
Ausus, tu modo, si cupis doceri
Pręsta, peruigila ad fores Dearum
Vt dignus uenias choris dearum,
Segnes despiciunt chori dearum.

## AD STVDIVM PHILosophiæ exhortatiuum.

### Carm. LIX.

Principia & causas rerum̃ tacitosq́ue meatus,
Et refluas in se lite iuuante uices.
Pergite rimari magnæ secreta parentis
Semina, naturæ materiamq́ue rudem.
Discite quur terras liquidus circũfluat aër
Ambiat æthereas quur uaga flamma domos.
Discite q̃ tardis strauit sors æquora terris,
Extima quur teneat Dedala t̃ra loca,
Aeterna quis lege regat, discordia certam
Ne propere rumpant hæc aliquando uicem.

## EPIGRAMMAT.

## DE INVIDIA.

### Carmen LX.

Inuidia eſt mẽdax,tñ eſt certiſſimus index
Virtutis ſolidę,hoc ne ſciat illa uelim.
Scilicet inuidiſſe deiñ hanc nolle putarim,
Vſqꝫ adeo ipſa mala eſt,ſi hoc ſciat in-
(uidia.

# SIMONIS FAGELLI VILLATICI EPIGRAMMATVM, LIBER SECVNDVS.

## AD CLARISS. VIRVM D. Doctorem Ioannem Cochleum, eximium Theologum.

### CARMEN. I.

Phalæcium Endecasyllabum.

SAncte fortis amator unitatis,
Vir Clarissime, ueritatis idem
Cultor relligionis atq; uindex,
Comendant tibi se meę Camenę,
Ergo propterea minus disertæ,
Q; non Phocidos arua syluulasq;,
Saltus Castalios, uireta & umbras,
His uidisse datum est, bibisse aquasq;
Quas diuæ Aonides colut puellæ.

Si, utcunq; est tamen, hæ trahant uir, te,
Te inquam tam egregium, in sui fauorem,
Te inquam multimoda eruditione,
Humanissimum &, ac uenustulum te,
Id si præstiterint, profecto tandem,
Ipsas amplius haud male eruditas,
Aut uel illepidas & infacetas,
Quales nuper erant, putabo, sint hæ,
Qualescunq; licet meę Camenę.

## AD DOCTOREM IO. ZAK.

Carmen. II.

Iambicum Dimetrum cum Iam-bico Trimetro.

Noster magister Atticus
Amat puellam nobilem tum uirginem
Vis si capi poëtice.
Quę post licet quartum, uiret quidem tm̃,
Non usq; quaq; desipit,
De prole certam nãq; habebit coniugem,
De coniuge ipsa plurimos,
Iam olim paratos hoc amicos intimos
Sapit magister Atticus.

Ad eum

## AD EVNDEM.

Carm. III.

Suſpectũ quẽdam furti quidã atq; ſeuerit
Clamabãt, dignũ, terq; quaterq; mori.
Paulo poſt ijdem mites (nil deinde ſeueri)
Facti, hũc cępũt tãdẽ adamare, q̃d hoc?
Quęris? diſpereã ſi non adamare ſeuere ij,
Coeperunt eadem furta, tace, teneo.

## AD D. IANVM amicum ſingularem.

Carm. IIII.

Pulchre licz niteas ornata crũena, q̃d iſtuc
Nil abſq; nũmis tecũ, abi hic q̃ſo hic abi
Non ſunt imponã tibi q̃ numiſmata, Ianũ
Meum pecunioſum odi, & dices, tibi?
Fagellus me tranſmiſit clariſſime Iane,
Nũmis meos ut farcias loculos tuis:
Nã tibi ſunt nũmi, nũeroſa pecunia tecũ ẽ
Age farcias nũmis meos loculos tuis.

## AD AMICVM.

Carmen. V.

Seria quum linques, per curas qñ licebit,
Qñ aliud quod agas non erit, ista lege
Qualicunq; licet sint hæc, fac sic lege q̃lo,
Vt placitura minus & uitrosa feces.
Consilio bene res agitur, res consilio stant
Atq; cadunt, sano stantq; uigentq; bñ.

## DE DOMO SVA INSTAVrata, ad futurum successorem. Carmen. VI.

Iambicum Trimetrum cum Dimetro.

Exculta successor meis laboribus,
Te si hæc iuuabunt quidpiam.
Forte & iuuabunt, fac referto gratiam,
Nullam sed hac gratam magis.
Poteris mihi quidem referre gratiam,
Quam pro meis excessibus.
Si orator & precator extes sedulus,
Satis superq; gratiam.
Eam mihi gratam quater & amplius,
Fuerit referre gratiam.

## IN MEDIIS MALIS EX

ustionis

ustionis suæ Pelsina lamentari sic ac desle-
re uisa est. Carmen. VII.

Si pro commeritis, recto si deniæ Martis
Progressu, tanto uerbere cæsa forem,
Letior atq; min⁹ lachrymis suffusa dolorē
Qua reuelarer ego, deniq; caussa foret.
Sed quoniā insidijs & cæca fraude dolisq;
Ah peo, lachymas fraus dol⁹ īgeminăt
Condoleat dominus cœli terræq; marisq;
Et sator astrorū, qui uidet ista deus.

ADNOTATIO DIEI ET
anni, eiusdem exustionis.
Carm. VIII.
Sapphicum cum Adonico.

Dum per obliquum gradiens Apollo
Circulum mille & sociando septem,
Atq; quingentos numeraret annos,
Christe tuorum.
Septima Iuni, meminisse durum,
Perfidis ausis, operante fraude,
Arsit immiti, referens tremisco,
Pelsina flamma.

Semper hanc Iuni miseram nepotes
Posteris nostri referent ruinam,
Vt cati cladem similem ferendo,
Viuere curent.
Semper hæc Phœbe renouabit ignes
Dum suos, imis memor in medullis,
Pelsinæ gentis scelerata clades
Fixa manebit.

## DE DORIDE PELSINEN.
Carm. IX.

Lassula de radijs æstũ Phœbi ãne leuabat
Doris, sydereo digna puella Ioue.
Numẽ aquæ uisam admirãs uultũq; diuq;
Tuq; tuã Venerẽ Pelsina dixit habes
Iudicio paridis sit si certamen hñdum
Dixit, & hęc diuas uinceret una duas.

## FLOS TRANSMISSVS AB amante Dori.
Carm. X.

Cespite in herboso, decerpsit nup̃ amãtis
Me manus, ut fierẽ munus amoris ei.
Quum

Quũ decerpsisset, lachrymis ĩspsit abortis,
Tunc q̃s exp̃ssit corde repostus amor?
Tandẽ me munus dñę transmisit hñdum,
Sic sparsum lachrymis, hũidulũq; suis.
Hũidulũ sic Doris adhuc formosa recepit
Sed tñ ad lachrymas addidit illa suas.
Gratum munus erã, ter centũ basia cepi,
Suxi sanguineis æmula labra rosis.
Pectore de niueo de turgidulisq; papillis,
Spirarũt Charites mltifluos Zephiros.
Si tibi uis referã formã, speciemq; puellæ,
Ora, genas, oculos, lilia mixta rosis.
Vis tibi cigneã plumã, glaciẽq; Ripheam
Vt referã, Alpinã Caucaseãq; niuem,
Colla niues uincuut, ardentes luia flãmas
Et teretes suræ lilia, pectus ebur,
Ora, labella, genę, fulgẽt sed nõ aliter quã,
Lacte recens medio si rosa luxuriet,
Hæc inter potuisse putes arere repente,
Defuerat nobis humor an, anue tepor?
Plurima tũc Doris dicebat munere læta,
Inter cuncta tñ, uox fuit illa frequens,
O miseri seuo nimium sub sidere amantes
Progeni

Progeniti, q̃bus heu nõ licet esse simul.
O superi faxint, Narcissi sorte uirescam,
Vt si non aliter flos ferar ipse sibi.
Sc3 hęc lachrymis oculos suffusa nitentes
Dixit, per roseas imbre fluente genas
Aridulũ tandẽ post tot iam basia munus,
Attritus quũ iam nil nisi puluis eram.
Me niuea cõplexa mãu pulcherrĩa Doris
Hos roseo tandẽ fudit ab ore sonos.
Aride iam satis urgentib. floscule, puluis,
Iam tandem, q̃ te consepelire libet.
Eheu nõ nisi corde meo tũulabere, corde
Mancipio dñi, puluis amate, tui.
Tãdem Creseo repleta in pocula Baccho
Spargẽs cũ Bromio me ebibit illa deo
Nõ sepelit reges tã digne Barbara Mẽphis
Alta licet lambant sidera Piramides.
Nobilius iaceo, q̃ uel Cleopatra, profecto
Non potui condi clarius, atq; mori.

## AD LEONHARDVM DVbrauium. Carm. XI.

Phalæcium Endecasyllabum.

Sacris

Sacris septe choris nouem Dearum,
Insignite comas uirente lauro,
Ad nos quod Leonharde docte sano,
Sanus corpore nunc redis fauemus,
Vocalem citharam, lyram Chelimq́;,
Naulum, barbiton & tuas Camenas,
Te nunc ex latio suo sequentes,
Tecum carminibus meis saluto,
Sis saluus Leonharde docte semper.
Saluum te fieri uelint perenne,
Hæc & si tenues meę Camenæ,
Vestris dissimiles meæ Camenæ.

## AD NICOLA. RADNIcen. Carmen. XII.

Delia uult nummos, fac internodia soluas
Bursæ, uis si det Delia delitias.
Nā nisi d na dabis, cernes ut Delia scribis
Supponat tenerū luxuiosa femur.
Sępius hāc frēdens scribarū limina cernes
Obterere, & scribis uendere delitias.
Vendere delicias cernes, & perdere lōgas
Noctes, atq; nouo sole redire foras.

Quod

Qđ Nicolae tui caussa dat Delia; nunq̃ā
Alterius causa non dabit & preciis.
Vis fieri fidam, supera riualis amica
Munera, erit multos uĩcere Ditis op⁹.

## IN POLIPHEMVM Blateronem.
## Carmen. XIII.

Errem si uilem magis Alga dixero te, sed
Calcato dicam stercore si, minime.
Dānati mores, temeraria lĩgua, leuis mẽs,
Te faciũt, quo nil fœdius esse potest.
Hoc est, inuisus cur fastidiris ab omni,
Tessula quam uili commaculata luto
Est tibi q̄sq; Timon, nunq̃; sed morib. istis
Vlli Alcibiades ipse futurus eris.

## IN FORIB. CELLAE suae. Carmen. XIIII.

Siste gradũ, pausa, sta mox, & cõprie gress(sum
Limĩa tu q̄sq̄s ista uiator adis.
Ter ternę hic habitãt Musę, & cũ Pallade (Phęb⁹
Esto pphane pcul, est locus iste sacer.

Nemę

Nemo fores istas debet contingere: uates
Ni sit Hyantheę certus amator aquæ.

IN PARIETE OFficinæ literariæ.
Carmen. X V.

Est loc⁹ iste sacer Phœbo Ceęq; Mineruę
Atq; nouẽ Musis, rustica turba fuge.
Discere q cupiũt linguę monumẽta latinę
Et mores sanctos, huc ueniant pueri.
Huc ueniãt hũiles, uexat censura rebelles
Parcere subiectis, scit tamen iste locus

AD PHOEBVM.
Carmen. X V I.

Et Musę & Phœbus ualeãt, iã nil mi tecũ
Amplius ęterni filia docta Iouis.
Num prodest aliquid uos excoluisse cuiq;
Et longa uobis inuigilasse mora?
En uobis cõfisus habet sibi debita Simon,
Ille cliens uestræ curaq; militiæ.
Ludibriũ ppli, miser ut despectus Hiarbas
Ecce iacet, iusta & de ratione dolet.

In men

In mentē ueniūt sed nō sine uulnere mētis
In sumpti studijs cura laborq́ꝫ suis,
Añ oculos risus sunt, sunt & liuida corda,
Qui gemit⁹ augent ingeminātq́ꝫ suos
Condoleat dominus cęli, terræq́ꝫ marisq́ꝫ.
Et sator astroꝝ qui uidet ista deus.

AD BALTHASARVM
Crumlouieñ. Carmen. XVII.

Si satis effusas esset pro munere grates
Optato uerbis persoluisse bonis.
Mēs mihi Cirrheis decerpere ṽba uiretis
Esset, & argutis perstrepitare sonis.
Sed tu res rebus forsan debere referri
Censes, heu ṽbis & mage facta ꝑbes.
Et uerbis uirtus est gratia certaq́ꝫ Musis,
Demulcet siquidē carmē utrūq; Iouē.
Facta suo cernes etiam sub tpe, uerbis
Interea, placeat gratia facta bonis.

AD LIBRVM CANTVALEM, magno sumptu comparatum, Eundem dedicando. Car. XVIII.

Laudibus

Laudib, apta tuis deuota mēte dicata hęc
Aspice dona tibi q̄sumus alme Deus.
Sunt monumēta tuę laudis, placabilis illis
Sit tua maiestas quęsumus alme deus.
Atq; operis tāti auctores mercede beatos
Coelesti facias quęsumus alme Deus.
Quęsum⁹ alme de⁹ nr̄is Zephyritidos au
Et uer ꝑpetuū daq; foueq; rosis. (rā,
Nostra ualetudo nostraꝝ læta rosāꝝ est,
Quicqd eis nobis poscim⁹ & cupim⁹.

## AD MAGI. BRICCIVM.

Carmen. XIX.

Vulgando meritę titulos præconia famæ,
Visus es egregie consuluisse tuæ.
Cui siquidē cordi est uirtus aliena patet, q̄
Idem sit proprie dites abunde suę.
Macte ani merito Bricci celebrāde magr̄,
Hic q̄ cum multis tam tibi profueris.

## AD D. PETRVM

Paulum Vergerium.

Car. XX.

M Olim

## EPIGRAMMAT.

Olī utcunq; fuit blādas mī cura Camenas
Quin etiā multis sollicitare modis.
Ipsę etiā nonnunq; arriserunt, mea donec
Vernarunt proprijs ora genęq; bonis
Verū iā canos horrent rugasq; nec assis
Vnius faciunt turba nouena senem.

## AD MVSAS D. PETRI Pauli Vergerij, S. F. V. Carmen. XXI.

Hexametrum cum Iambico Dimetro.

Pierides Musę doctæ castæq; sorores,
Iouis propago Maximi.
Quas mō uos t̄ras, q̄ barbara regna uidetis
Alumni amore nobilis.
Posthabita quē uos etiā cū Tibure Roma
Sequi putastis haud graue.
Cuius suaue audire fuit uos ore canentes
Docto, eruditas syllabas.
Quæ mī nimirū magni sunt mūeris instar,
Vobis puellæ debitæ.
Huic tanto grates dño uos dicite Musæ,
Suadæ medullæ uirgines.

Et redu

Et reducē tādē defunctū hoc mūere tāto,
Amplis beate honoribus.

## AD PHOEBVM ET MVSAS, S. F. Car. XXII.

Phalæcium Endecasyllabum.

Scitis Pierides sed & magister
Vocalis cytharæ beate Cynthi,
Per ualles nemora & uireta uestri
Parnassi, gelidos sinus & umbras,
Me reptasse hederas modo rosasq́;
Verbenas modo Daphneamq́; laurum,
Gentilemq́; etiam subinde fagum,
Aris imposuisse sæpe uestris
Quin cultu & ueneratione multa
Vos semper coluisse me libenter.
Rursum numina pulchra Apollo Musæ
Hoc sane fuerit bene atq; rectum
Vos item mihi tam bene ut uelitis
Vobis quàm bene deditus cliens sum
Vultis scire uelim quid ô Camenæ
Vatum tuq́; parens Apollo, dicam
Paucis, posco, rogo, insto, quæso & oro,

Commendarier inclyto patrono
Vestro, uergerio Petro atq; Paulo.

## AD SVOS.

Carmen. XXIII.

Memroth, quē dicā scitis, fœdissimus ille
Aspectu, lingua, moribus, ingenio,
Viribus incūbit totis, quin fraude dolisq;,
Fortiter in nostrū perfidus exitium.
Oēm possit ut id lapidē mouet, urget & is
Technis, pollicitis, munerib. pcib., (stat
Iam porro effecit tantum conatibus istis
Et studio, cunctis cōstet ut ipse qs est.
Stult⁹, iept⁹, iers, mēdax, temerari⁹, hęc sūt
Quę inde aufert operę pmia digna suę.
Qz ieiuna sua duxit p cā atq; irrita, qd ni,
Semper inertis eunt irrita tela uiri.

## AD IACOBVM GRAMmateum Pragen.

Carmen. XXIIII.

Antiquus ueteris quę scripsit tēporis acta
Paulus, non nescis quis fuit ille, tuus;

Illa uidere uelim faxis mihi docte Iacobe
Id liceat, dulces oro per Aonidas.
Rursꝰ īoffensa hæc eadēq; habiturꝰ et illa
Non sine permagno fœnore amicitię

## DE FORTVNA ET uirtute. Carmen XXV.

Fortuna & uirtus certarunt uiribus, utra
Rebus inhumanis præstet, eatq; prior
Pro se mlta tulit fortuna, & plurima ꝟtus
Digna fide uirtus, sors q̄q; digna fide.
Fortuna urgebat factis, æterna canebat
Virtus militiæ dona futura suæ.
Quas Momus spectās toruū p sibila lusit
Eminus, haud aliter liuor & inuidia.
Certantes tunc sic multūq; diuq; supremꝰ
Iupiter aspiciens maximus ille deum.
Virtuti adridens animo uultuq; subinde
Fœlices dixit, utraq; amica quibus.

## AD MAGI. IO. HAZENburgium. Carm. XXVI.

Vis noua nobiscū q̄ sunt tibi scribere curē

 dimi-

EPIGRAMMATA

Dimidium cordis optime Iane mei.
Nobiscũ cũ rege nouo noua plima habẽ⁹,
Grata eadem nobis & placitura tibi.
Verũ posthabitis quæ nil ad nos, ea scribã,
Quę nos cõtingũt, ut placitura magis.
Ille ter & merito magn⁹ faber, inclyta cui⁹
Fama uolat, quã non finiet Oceanus.
Cũ Logo Vrsini⁹, celeberrima noĩa uates,
Atq; Rosni⁹, amor curaq; Pieridum.
Nobiscum sunt huc regẽ dñmq; sequuti,
Regẽ inquam q̃ nõ clarior alter erat.
Optĩa pricipis hac cũ dexteritate resurgẽt
Vere & florebũt haud dubie ingenia.
Ipsaq; spes certa est tanto cũ principe nr̃a,
Rursus ad antiquũ regna redire dec⁹.
Hęc sunt interea noua quę doctiss. Iane
Esse tibi duxi significanda uale.

## AD D. IACObum Pisonem.

### Carmen. XXVII.

Quũ Regẽ nup ꝓceres sanctusq; senatus
Exciperent iusta sędulitate suum.

Tandem

Tandem purpureos illos dños q; patresq;,
Ipsa qbus Regis mens generosa calet,
Pro se quisq; suo, post quũ passimq; palãq;
Dicere aueret, aue, dicta sequẽte manu.
Ipse ego Pisonẽ multa hic uirtute beatum
Ad latus aspiciens principis esse sui.
Pisonẽ illũ inquã, sub cui⁹ pectore numẽ
Pallados & Phœbi Pieridumq; latet.
Cuius Pannonios uirtus illexit alendo ut
Ipse foret regi, Typhis & Autumedon
Quẽ laudãt docti oẽs, quẽ cõmendat Erasmus
Ille ille è raris unus Erasm⁹ hõ.
Excipere ardebã uisũ, & cõtingere dextrã
Sed uetuit pudor hoc, dẽsaq; turba uirũ
Atq; ita dũ mea mẽs causis obstãtib. hęret
Sollicita officium persoluisse suum.
Heu quid agã dixi, nõ officiosus habebor
Forsitã, aut stolidę pectora plebis hñs
Itę mei uersus dixi, celeberrime Piso
Dicite, Fagellus hoc tibi mittit Aue.

AD Eundem.
Carmen. XXVIII.

 Quid

Quid sibi uult? Sullã nil iã nisi dia loquetẽ
Audio, de sanctis moribus atq; Deo.
De pacta mercede pijs, uitaq; futura,
De pęnis scelerꝝ sub duce Dite stygis
Vñ sibi hæc noua relligio? uñ hic iugibus
Limia sanctorꝝ passib, obterere (ardor
Verborꝝ grauitas, uñ ista modestia, cũcta
Apposita egregias ad ꝑbitatis opes? (&
Ex habitu curiũ hũc hodie sc̃tm̃q; Catonẽ
Dicas, qui fuerat ipse Cethegus heri.
Miror sic propere mutatũ, sed uereor ne
Relligio non hæc sit, sed auaricia.

## AD SCHOLASTICOS.
### Carmen. XXIX.

Igneus occiduas sol se demersit in undas.
Tẽpora nocturnæ grata quietis eunt.
Orta mari, disticta polo iã sydera somnos
Suadẽt, noxq; suis atra refertur equis
Ibimus ò pueri, consueto membra cubili
Ponemus, recreat corpora fessa sopor
Ante cubile tñ, quam nos repetam⁹, & añ,
Qꝫ sopor in nobis mẽbra caduca liget.
Lucis

Lucis pręteritę grates soluamus huic qui,
Certa lege regit cuncta creata patri.
Dicamus genitor rerũ mitissime Christe,
Gratia sit tanta pro pietate tibi.
Qui nos luce foues miseros, q nocte fueris
Donis luce suis, nocte silente suis.
Nõis in uirtute tui nos corpora somno
Ponim⁹, atq; thoro mẽbra leuãda dam⁹
Insidias hostis uafri fac ne timeamus,
Præside te nobis adsit amica quies.
Protege, custodi, benedic, tuare, repelle,
Hinc Acherõtheo mõstra dicata lacu
Inuigilet tĩ mẽs, dũ lãguida somn⁹ habebit
Mẽbra, nec hostili sit pauefacta metu.
Sic tibi cũ p̃cibus laudes nos mane ferem⁹
Seruitio genitor plebs generata tuo.

AD D. DOCTOREM IO. Ziak, Administratorem Pragẽ. Ecclesiæ. Carmen. XXX.

Contingit q̃ties iustus uexetur inique ut,
Non est puniti supplicium meriti.
Quin ũtus ip̃a, ut sub tali examine crescat

Permitti hoc tm̄ crede potesse malis.
Mens etem̄ recta & puri sibi cōscia cordis
Hoc plus splēdescit, q̄ magis atteritur.

AD MAGISTRVM SYMOnem de Ausik, Archidiaconum Ecclesię Pragen̄. Car. XXXI.

Mentitur Cyclops nr̄o se carmine laesum.
Mentitur Musas ei nocuisse meas.
Has fugiunt sordes nostrae, atq; haec stercora Musae,
Foedari hac nolūt proluuie atq; luto.
Turpia scorta canūt passī p cōpita, mulas
Has metuat quicq;, si puduisse potest.

IN MENDACEM quēdam. Carmen. XXXII.

Hexametrum cum Iambico Dime.

Multa hic narrasti, q̄ nos uanissima scim⁹,
Scimus tacemus attamen,
Fabula ne fias discas consultius eia
Loqui deinde & uerius.
Sed nil esse putas mēdacia forsitan? erras,
Erras amice plurimum.

Grande

Grãde ferũt monstrũ per sę mẽdacia, nosse
Potes legendo plurima.
Si sapis hoc fiet, magni tibi muneris instar
Monere amicum candide.

## AD MAGIST. BARTHOlomeum Nigri Ludi literarij præfectum. Carmen. XXXIII.

Sapphicum cum Adonico.

Festa per magnæ meritis puellæ,
Cuius exornant hodie per orbem
Cærei, Panchęaq; thura sacras
Largiter aras.
Hoc remittatur puerile ludis
Agmen optatis, tibi sic amico,
Sentias semper fieri puellæ
Numina diuæ.
Senties & me tibi tam fauentem,
Quàm uoles, & quám fuerit necesse,
Mentis inscribam tabulæ id, meoq;
Pectore figam.

## AD RVFFVM Quendam. Carmen

Carm. XXXIIII.

Ruff⁹ es,&ruffā occultas sub pectore uulpē,
Ruffus es & uulpē ruffe colore refers.
Ruffus es & ruffa cōtectus uulpe supbis,
Ruffus consilio,ruffus es igenio.
More catę uulpis gestis & dulcia garris.
Obijcis insidijs callida uela tuis.
Rūpātur ne uela caue,quā multa paterēt:
Insidiae,fraudes,plurima furta,doli,
Ruffe dabis nobis condignas tpe poenas,
Magnū ruffe reus experiere malum.

ELEGIA AD IANVM Mantuanum. Carm. XXXV.

Iam fuit in uotis extremas figere metas,
Blandicijs paphiae,solicitisq; dolis.
Iā mea mēs fuerat,sęuas extiguere flāmas
Et tandem proprio uiuere consilio.
Hoc ego cōceperā,sed q̇d scelerate cupido
Nō frāgis: q̇d nō sub tua regna trahis
Igniferis & si pridem confixa sagittis
Pectora,flagrantes experiere faces.
En iteꝝ & graui⁹ maior mea pectora feruor

Occupat,

Occupat,exanimat,despoliat,lacerat.
Lidia formosis pectus configit ocellis,
Mens ardet,totũ lidia pectus habet.
Lidia pulchra decensq; comis quàm pulchra colore,
Pulchrior haud nr̃o cernitur ulla foro.
Nõ gen⁹ lux maior inest, nõ blãdius aurũ
Collucet,mea q̃ lidia pulchra nitet,
Illa mihi tacitos iurat se ferre dolores,
Iurat se miserã,ni meus adsit amor.
Nec latet haust⁹ amor, q̃n fax uibrata medullis
Detegit iclusis corda cupidib⁹.
Erũpit tenero feruor de pectore,mixtim
Cõspicu⁹ pallor,pallor in ore frequẽs
Sæpe oblita sui,multoq; cupidine uicta.
Indicat immiti saucia corda dea.
His ego corripior,magnos iã pectoris æst⁹
Sustineo,& dñę uincula dura meæ.
Cogita cõplexus iam nũc cupioq; puellæ
(Heu dolor)intepido sępe iacere sinu.
Vt sua colla p̃mam,labris & dulcia figam
Oscuia,mellitis ter mage grata fauis.
Improba sed fortuna meis cõtraria cęptis
Insidias

Insidias misero nocte silente struit.
Inuidus at nr̃o nimium qui rumpitur igni
Nocte sedet media, ianitor ante fores.
Ianitor añ fores sęuis instructus & armis,
Impedit ah demẽs hoc q̃d amare uocãt
Ille mihi gemitus quot, q̃t suspiria tandem
Insomnem & noctes q̃t uigilare facit.
Eripit ille mihi promissæ gaudia noctis,
Eripiat uitam torua Megera suam.
Aligeri ualeãt quantũq; cupidinis arma.
Flãmea tela, faces, nũc scio & experior
Cõsule Iane p̃cor rutilas q̃ pectore flãmas
Extinguã, pereo, Consule Iane, precor
Nã morior curis, mea mẽs iã p̱dita torpet
Vritur, & fellis sentit amariciem.
Nõ cibus ora iuuat, curas non dulcia uina
Excipiũt, somn⁹ nõ mea mẽbra fouet
Colla tenẽt laq̃os, anio sunt ferrea uincla,
Ossa faces lacerãt, corda perusta dolẽt
Sic placitũ ẽ puero pharetrã q̃ gestat & ar
Sic dñę Veneri, q̃ mea uota rapit. (cũ
Non nisi p̱ gladios ibit sæuosq; perenses,
Nr̃ amor, tñbris inuide conde caput.

Ad Vi

## AD VRSVM. Carmen. XXXVI.

Illis cur metuã, quantas quin possidet ille
Sũt mi dicis opes, cur uel honore colã.
Sepius inculcas hæc, qn & semper & usq;
Sẽper opes iactes nõ decet Vrse tuas.
Datq; rapitq; suas uires fortuna repente,
Ne te restituat sustulit unde caue.

## AD SYMONEM Vulpiareñ. Carm. XXXVII.

Ferre nouũ uatẽ noua qs nõ caria credat,
Tu nou⁹ eia nouũ pange poëta melos
A teneris sacræ quem lactauêre sorores,
Hic poterit sacris ꝓmere digna Choris.
Aonas in mõtes teneris te frater ab annis
Duxit, & alternam ꝑstitit atq; lyram.
Ergo age sume leues calamos cytharamq; sonantem,
Blanda parꝫ placide, concute fila lyrę.
Tange Chelym, numeros expectatumq; poëma,
Profer in apertũ, saccara mixta fauis.

EPIGRAMMAT.
# AD EVNDEM.
## Carm. XXXVIII.

Mysta nouelle Camenali sacrate cohorti,
Atq; tibi artifici Phębe beate Chelis.
Aegide ꝓtectā q̄ Mnēnosynesq; propagē
Confectās, unguē porrigit Appiadi.
Tu sterilē Cyrrhā Simō siccāq; Aganippō
Haud colis, excultum nō ppl'are sapis.
Namq; cui ludūt uersus, carmēq; iocatur,
Ridet & Hibleis plena Thalia fauis.
Ibit ad occasum recies mox q̄cq̄d ab ortu,
Testis & Hesperię uocis Eous erit.
Tellurē tua trās altasq; ferentur & undas
Caria, uis uocis tanta futura tuæ est.
O deus ò cœli fulgentia tecta, paratur
Quāta tuis Musis glīa, quātus honos?
Fatalem glebā Thuscus cū uidit arator
Cornua tūc uel quū Cipp⁹ ī amne sua
Non stupuit tm̄, certe ille uel ille, diserta
Simon ego quantū scripta legēdo tua.
Macte noua uirtute pugil, sic itur ad astra,
Venit in ora, uirꝫ sic Maro, sic Cicero
Dulces per Mopsi calamosq; pedūq; Me-
nalce, Per uitulam

Per uitulã licidæ per Coridonis oues.
Plura tui nobis profer monumẽta laboris,
Profer, erunt nostris auribus ista cib⁹.

AD NOBILEM EVNdemq; insigniter Eruditum D. Vencesla-um Album Vrasium, Regni Bohe-miæ Vicenotarium, de se optime meritum.

Carmen. XXXIX.

Sapphicum cum Adonico.

En dies Iani, celebris & annus,
Orbitam cursim renouat perennem,
Distrahor quo te celebrem patronum,
Munere donem.
Splendidas uestes, Scythicos smaragdos,
Aureos nũmos, tribuunt potentes,
Pauperem, sed me fugiunt superba hæc,
Munera uatem.
Misit hac quondam lacium superbum,
Luce congestas oriente gemmas,
Cæsari magno pateras & auri,
Pondera fului.

N Optimus

Optimus uates populi Quirini,
Misit at uerbis potiora nexis
Cæsari Augusto ruitura nullis
Munera seclis.
Nunc iacent annis uiciata longis,
Dona quæ sanctus tribuit senatus,
Munus at uatis iuuenescit almi
Semper in orbe.
Summe uiuaces igitur Camenas,
Quæ tibi lęta exorientis anni
Lesbiæ saphos modulis precantur
Fata diesq́;.

AD PETRVM
Vulpinum.
Carmen. XL.

Quis te pegasei fontis uenerat alumnus.
Nescio ais, nescis sole uigente diem?
Pagina mittētis subiunctū nomē habebat
Ipsa Iouis soboles nuncia Musa fuit.
Esse quid hoc dicam falso causaris amice,
Nos auges istis scilicet Antithetis.

# AD LEONHARDVM Pannonium.

## Carmen. XLI.

Vellera Phrixei pecoris tepefecerat aureꝰ
Iam tunc sol, placidi tpa ueris agens.
Incipit exculto dum semina cultor agello
Spargere, q̃ plena postmō falce metat
Multiplici à nobis hoc uestis tp̄e abiuit,
Cum prece tũ studio, pollicitisq́ꝫ tuis.
Flãmiuomũ phœbus iã deserit ecce leonẽ
Cuiꝰ ab igne Ceres torrida facta riget
Iã fert Erigone flaua de messe maniplos,
Matris Eleusine dona refecta iacent.
Pampineę Baccho turgẽt sub uitibus uuę
Dulcia iãq́ꝫ cito sub pede musta fluẽt.
At non ista tñ tangunt te nonne priusq́ꝫ
Persephões ibũt cornua pulchra semel.
Pollicitꝰ reditũ nr̃æ Leõharde laceruę es?
Ah pudeat, tardis passibus illa redit.
O male grate mihi, fido ueteriq́ꝫ sodali,
Non pudet ô sanctã sic temerare fidẽ?
Desectas fruges iã cõdit in horrea messor
Incipit atq́ꝫ aliud spargere semẽ humo.

Diues opũ autũn⁹ reddit sua dona, lucernã
Tandem aliquando mihi, heus tu quoque redde meam.

## AD REVERENDISS. P.
Dominum Doctorem Ioannem Zak,
Administratorem Pragẽ.
Carmen. XLII.

Vt fieres nrę columẽq; caputq; cateruæ
Vnus de multis rector & Ecclesiæ.
Qui partes obeas nri Archipsulis, & qui
Officij teneas, sede uacante, uices.
Non sine mente dei, cuius sapientia fecit,
Quicqd habet mũd⁹, euenit istud op⁹
Scilicet ad uitę meritũ, documẽtaq; sanctę
Legis & humanę uiderat omnipotẽs.
Sicq; tuę uoluit uirtuti digna referre
Premia, sicq; suo consuluisse gregi.
Quem tu tẽperie certa moderãdo beabis,
Et tibi uirtutis accumulabis opes.
Grã magna igitur dño referẽda polorũ est
Qui nobis uoluit prospicere atq; tibi.
Nobis qd tribuit te uir celeberrime, cuius
Esset

Esset in ingenio multa reposta salus.
At tibi q̃d sacræ uoluit præferre cohorti,
Præsulis & nostri contribuisse uices.
Vñ tibi surgit laus, & quã nulla abolebit
Prorsus, si bene te gesseris, obliuio,
Gesseris eia bene te, si maiora notabis,
Rursus & ima tuis si aspicias oculis.
Qđ tua si uirtus iusta explorare bilance
Hoc uolet, ut debet, consulet Ecclesię
Nec min⁹ & proprię tandẽ fratrũq; saluti
Adijciet digni pharmaca subsidij.

## AD NICOLAVM Radniceñ.

### Carmen. XLIII.

Quę Nicolae iubes sũt grãdia, nec bñ nřis
Cõuenitunt Musis, ingenioq; meo.
Vis dictẽ lacio argutas tibi more loquelas
Quę mulcere uirꝝ corda diserta queãt
Qualib. ad proceres ꝓ rostris inq; senatu,
Arguto loquitur murmure causidic⁹.
Rhetora uult hęc res, q̃ cãpos Quintiliani
Pernouit, magnas & Ciceronis opes.

Vis recinam tandē sacris fluitantia riuis
Carmina, uocali concrepitante Cheli.
Induat Aeacidæ Tersites cogis ut arma,
Vis ut det tādem roscida mella culex.
Est tibi pl⁹ mētis, tibi cor limāte Minerua
Acruis, illudis: quod petis, ipse petes.
Cur aliena petis? tuus hęc tibi p̄stat agell⁹.
Quo tandē seruas, utere quęso tuis.

## AD DOCTOREM FVxmon, Consiliarium Maximiliani Cæsaris.

Carmen. XLIIII.

Gloria militiæ Regū decus Induperator,
Germanę specimē gētis, & orbis honos
Excolit isthmiacas ꝓna q̄d mēte Camēas,
Q̄d numē Phœbi Maximilian⁹ amat
Q̄d pius Aonias lauri de fronde corollas
Inprimit, & ꝓpria uatibus ipse manu.
Nil mirum sua maiestas cū digna cohorte
Pieria semper plurima conficiat.
Illius illustres tot parti ex hoste triumphi,
Virtutis splendor, relligio, pietas.

Expo

Expoſcunt uates ſeclis qui geſta futuris,
Mellifluis ſignent annua carminibus.
Ingenium ſuperat uatũ ſed Maximilianus
Dicere uix laudes poſſit Apollo ſuas.
Vt potis aſt omnis tñ huius dicere laudes
Tentabit uates, qui ſua ſerta gerit.
Serta gerũt multi, cãtabant Maximilianũ
Multi, ꝑmulcet tẽpla ſuperna melos.
Si quid habent ueri uatum præſagia, certe
Cæſaribus maior Maximilianus erit.

# SIMONIS FAGELLI VILLATICI EPIGRAMMATUM, LIBER TERTIUS.

## AD MUSAS. CARMEN. I.

Hexametrum.

Nunc gaudere licet uo-
bis ô Corricidum Grex,
Grex Iouis ætherei ſobo-
les,& certa dei Mens,
Mens agitans pectus uer-
bisq; regens placidis Os,
Os inſigne uiri,excolit
at nunc Cæſareum Vos,
Vos decus imperij,uos
Maximilianus alit Nunc,

Nunc di-

Nunc dignus certe tantum
quem uestra canat Vox,
Vox hilaris semper uictu-
raq; Castalidum Ros,
Ros mentes & corda ri-
gans hinc eloquij Fons,
Fons sacer Aonidum ua-
tum & uigor & Vis,
Vis de sede poli menti in-
fluit ipse tamen Dat,
Dat manibus sacris hęc
munera Corricidum Nunc,
Nunc hilares si quando deae
blandum resonet Vox,
Vox celebrans nomen domi-
ni, quod nulla tegat Nox,
Nox obscura & amica ma-
lis, ipsum foueat Lux,
Lux meriti precium post il-
li fata detur mox.

AD DOCTOREM IO-
annem Dubrauium.

Carmen. II.

Hexametrum cum Dactilico Archi lochio hypercatalectico.

Ianus ab Hesperia prias remeauit ad oras
Plaudite Pierides.
Ianus honos & amor prię lux inclyta Ian⁹
Plaudite Ianus adest.
Sed nō sol⁹ adest, eius Phœb⁹ Driadesq;
Concomitantur iter.
Barbita, plectra, Cheli, Boemorq; Ianus ad (oras
Fert, sil⁹ & citharas.
Fert uirides hederas secū laurig; corollas,
Graiugenumq; sophos.
Lęta dies albo nunq̃ caritura lapillo.
Sit precor ista dies.
Qua Ianus prias trās Alpes uenit ad oras
Dogmata multa ferens.
Thus thymiana crepēt aris, uox psonet ut
Ianus io rediit. (bē hęc
Heus libethrides sacra Iano turba sorores
Ferte salutis aue.
Fagellus gaudet fausto tibi Iane reuerso.
Gaudet, ouat, iubilat.

Fagel-

Fagellus tibi commendat se lane reuerso.
Dicite Pierides.

## AD FRANCISCVM PRAEceptorem scholasticorum apud Rokycianen̄.

ERuditissimę lucubrationes Desiderij Erasmi Roterodami, uiri in omni doctrinarum genere (ut nosti) incomparabilis, quantopere instituant me & oblectēt, haud facile dixerim, ob id ita me Deus bene amet, hominem sic amo & ueneror, ut nunquam mentionem eius absque merita dignatione faciam. Quinimo nomini tanto ipse prompte & assurgo & libenter, q̄d ut animo præsenti faciam, cum immortalis illa ingenij eius beataq́ʒ ubertas, tum in Rempubl. literariā, omnemq́ʒ orbis Christiani uniuersitatem eius merita sanctissima, eademq́ʒ plurima, me mouent hortanturq́ʒ. Non ita pridem, cum legissem suorum opus Colloquiorum, pueris quidem inscriptum, ea sane tamen continens, quæ canos senesq́ʒ, atque omnis etiam generis homi

hominesChristianos, qui modo non peni tus à sana mente exulẽt, instituant sancte, mirificeq; delectẽt, contineri nõ potui, qn more meo ex affectu (qui mihi est in hoc æui nostri illustre iubar) aliquot saltem luderem Endecasyllabis, quos tibi, qui dumeto meo cum aliјs eadem Colloquia prę legis, censui trãsmittendos, ut Dumetum meum uniuersamq; cohortem tuam ad lectionem studiumq; bonarum literarum, uitæq; honestatem redderem alacriores, quos illis ediscendos si tradideris, rem mihi gratam facturus es, neq; ipsis inutilem. Sed iam ipsos legunto Endecasyllabos.

Carmen. III.

Phalæcium Endecasyllabum.

Huc huc si uacat eia adeste adeste
Magni progenies Iouis Camenæ,
Hausurę Ambrosiam fauosq; melq;
Sermonis lacij & boni & probati,
Quo doctissimus idem & optimus uir,
Ille ille omnigenę eruditionis
Princeps, & pater, & decus perenne
Scribit

Scribit, quin loquitur docetq; Erasmus,
Quo non doctior extat alter hercle
Non de sanguine Romuli Remiq;
Atq; ipsi etiam nec ex Achiuis,
Tot tantisq; bonis Erasmus ipse,
Fortunatus homo, beatus atq;,
Dignus prorsus ut & latina Syren,
Nostri & gloria seculi canatur
Passim, & sic ueneretur atq; ametur,
Sancti & multimodi merentur istud,
Eius atq; etiam exigunt labores,
Vos si quando iuuant latina, credam,
Sic & non aliter loqui Camenas.

## AD LIBRVM MVtuo acceptum.

### Carmen. IIII.

### Sapphicum cum Adonico.

Ad tui doctos domini penates,
Iam redi grates referens opimas,
Si tamen frontem trahat & libelle
Te increpitabit.
In caput nostrum refer, atq; dicas,

Me morę causas tribuisse, tandem
Gratiam quis scis, parias peremptam,
Rursus elenchis.
Dissuet frontem propere striatam,
Mitior blanda ratione factus,
Frangitur uerbo rabiosa dulci,
Ira furorq;.

## AD LAVRENTIUM CA- pliceñ. Carmen. V.

Ambrosiã mĩ ligua pluit tua mella fauosq;
Laurenti quoties Celtis in ore tuo est
Et licet ipse suæ referas præconia famæ
Multa, sue referũt plura heliconiades.
Q; uiridas hederas heliconia fluiã prim⁹.
Duxit ab Aonio uertice Theutoniã.
Qđ decus Impiale tenet, lauriq; corollas
Nectit, & Aonijs implicat usq; comis
Qđ germãa cohors lauro redimita uirẽt
Hũc Phębũ agnoscit Pieridũq; patrẽ.
Hoc latum fœlix eius fœtura per orbem,
Quę uolat ingenij testis opima sui.
Nũciat, & laudes terras diuulgat in omes,
Quas

Quas magnus iã nec finiet Oceanus.
Celtis honos uatũ, Musarꝝ gloria celtis,
Mysta furoriferi maximus ille dei.
Viuat & annosum deuincat Nestora uita
Totius celtis gloria Theutoniæ.

## AD IOANNEM CANtorem ciuem Pelsinen̄.
### Carm. V I.

Iustitiæ sacrosanctum per nomen & ęqui,
Perq; fidem simul, & per pietatis opes
Per titlos famę celebris, q̃ magn⁹ haberis,
Virtutesq; tuas, ingenitumq; decus.
Dulcia perq; tui sermonis mella Politi
Per dotes animi, corporis atq; bona.
Per Christũ dñm intacta de uirgine natũ,
Et per cęlestes numina sancta choros.
Summe patrociniũ ueteris cõsultor amici,
Dirige consilijs & tueare tuis.
Quippe salus in te solo mea tota recũbit.
Non me destituas, non patiare premi
Nã mihi ni dederis lasso prẽdenda natanti
Brachia, in mento substituasq; manũ.

Ex lybi

Ex lybicis nunq̄ me syrtib. ad loca ducā,
Quę Zephirꝰ pflat, dulcis & aura fouet
Affer opē quęso tandē succurre petenti,
Quaq̄ solis aliis, hac pietate mihi.
Et potes & mereor, nam quantū iustitię sit
Nę tu, linx quantū possit, amice uides,
Sic fortunatū sidus, sic murmure perflans
Aura leui, tutus sic mihi portus eris,
Sic me socratici duces ad pocula fontis,
Sic dabis Aonio tingere fonte caput.
Sic facies aliqn̄, tuum qui dogmate uatum
Instituēs ducat sub nemus Aonidum.
Sic Regem & dn̄os quoties legatus adibis
Persuasor fias, suada labella regat.
Sicq̄ magistratus fungaris munere, nomē
Sic patrię patris, quodq̄ mereris habē
Sic patrię populus stabili ceu cępit amore
Te colat, & longos expetat usq̄ dies.
Sic tibi donec aget uitam, deseruiat uni,
Qui mea cōplectens spūs ossa regit.

## DE ERASMO
### Roterodamo.

Carmen.

## Carmen. VII.

### Phalæcium Endecaſyllabum.

Neglectę nimium latinitatis,
Sacrarum ſimul atq; literarum
Inſtanurator Eraſmus atq; uindex,
Qua floret radiatq; fulguratq;
Linguis,eloquio,eruditione,
Quod quidam inſcitiæ premente morbo,
Nonnulli inuidiæ ebrij ueneno,
Non poſſunt miſeri uidere,ut ipſum
Solem talpa,labore quæſo uano
Quid torqueris,& impio miſelle
Liuor,iam toties retuſe liuor,
Et quàm gnauiter,ipſe floret ipſe,
Florebitq; magis,magiſq; ſemper,
De toto meritus bene orbe,nil quo
Eſt exactius, eruditiuſq;,
Sed nec candidius,ſui ipſe certe
Sol & gloria ſæculi,futuris
Admirandus & uſq;,ſed nec ulli
Concedens ueterum,ò beato Eraſmus
Nomen nectare dulcius,bene atq;
Semper proſpere uiuat uniuerſo

Orbi gratus,amabilis,perinde ac
Sol aut unica in orbe casta phenix.

## EX PERSONA DIscipulorum. Car. VIII.

Phœb9 Agenorei p̃meret cũ cornua tauri
Aestiuos efflans mitis ab ore dies.
Floriger & Zephyr9 flaret cũ uere tẽpẽti,
Producens herbis arboribusq; comas
Tũc ope ĩ tragico,musisetApolliẽ dextris
Vltima Fagello præside contigimus.
Fagello ad patrios iã tunc tendẽte penates
Visum exoptatos cũ sene patre suos.
Fagello iam tunc nobis in fine recessus,
Dãte uale extremũ,dicta sequẽte mãu.

## AD DOCTOREM VENcessaum Buduicẽ. in quadam oratione recitatum.

Carmen. IX. Heroicum.

Sed tibi quas referã doctor clariss. grates,
Laudes q̃s recinã,mea mẽs suspẽsa morat̃
Nam raras animi dotes si cœpero,morum
Mul-

Multiflui occurrēt recinēdi carmīe cultus
Atq; tenor uitæ sanctus, deducere carnis
Doct⁹ ab hospitio mētes sub tecta tonātis
Deniq; si toto innitar uel pectoris igne
Dicere, restabunt & multo plura relatis.
Sidera, cęlestesq; plagę, igeniosa mathesis,
Sola tibi pariat quātū, celeberrime doctor
Nominis & famę, celebris germania late
Consonat, & totus facti stat conscius orbi
Hausta salutifero gemini Chirōis ab antro
Quid documēta loqr, Coi qd clara Mgrī
Dogmata, magna quibus coeunt & uulnera succos,
Languida solerter qb, & tot mēbra saluas
Et sub uitales auras plęrunq; reducis,
Qui styga qui lethen phlegetontaq; pene uidebant,
Laudes uñ tibi surgūt, quas fama supstes,
Posteritatis aget, magis id post ultīa rez,
O ego si possem, sed desunt multa uolētē,
Sit uoluisse satis, digne præconia laudum
Dicere forte queat nec Calliopeia tuarum
Et grates dignas magn⁹ uix dicat Apollo

## AD MAGI. GALLVM.

### Carmen. X.

Carmē ierme meū, ꝓo cur Galle repugnē
Eſt, fuſtes (fateor) tela nec ulla gerit.
At tñ haud terrēt hoc iuida tela uł hoſtes,
Tutātur ualidis agger & unda uadis.
Tu q́ rura colis, cingas latus enſe neceſſe ē
Armes utq́ tuam uel ſude Calliopen.
Carmine te ſcabiē nr̄o uidiſſe quod inq́s,
Non deforme nihil eſſe poteſt odio.
Ira cadat naſo, rugoſaq́ ſanna Magiſter,
Et tua putre ſatis Aonis ulcus habet.
Eſſe quid hoc dicā, circumlita felle recepi,
Forſitan hoc dicam, rumperis inuidia.
Atq́ nec id uane dicam, ſi rurſus itemq́
Dixero, te inuidiæ Galle calere foco.

## AD PINIFERVM SAR-matam. Carmen. XI.

Farra petet libs, thus Panchaia, mella Ta-rentum,
Indus ebur, ſeres uellera, Thetis aquā.
Et Cererē cāpanꝰ ager, mōs uina phalernꝰ
Et fer-

Et ferrꝝ Calybes,& petet hybla thymũ.
Augaror hæc qm̃ primis qui sp̄ ab armis,
Excolis Aonidas,carmina nr̃a petis.
Quę petis his superas tm̃,uiburna cupssi,
Quantũ, uel tenerꝝ mater adulta pec⁹
Sed tu littus amas pelago nec uela patenti
Das,Zephyr⁹ q̃q; spiret,& aura uocet,
Ast ubi res urget,sacrarum digna subire
Tẽpla Camenarꝝ,& plectra ciêre lyrę
Scimus quàm ludas blandum, & placide, ut tua tandem
Rideat hybleis plena thalia fauis.
Nr̃ę sunt tenues multũ sterilesq; Camenę
Vt tales quibus est paruus in ore son⁹
Sunt tenues nũ Parnasi de uertice montis
Descẽdẽs,Daphnes uestio frõde Cõas
Nũ mĩ dat Phœbus uocalia pocula fontis
Gorgonius celeri q̃ pede fecit equus.
Inuocat Aõidas mẽs fessa & pect⁹ anhelũ
Ne quicq;,surdas uox habet illa deas.
Peccaui temere in fontes pmessidos olim,
Contingens lota non bñ sacra manu.
His offensa mihi feci ueneranda poëtis

Numina, tractata non ratione bona,
Cautior at tandẽ qn iam & prudẽtior esse
Nitar, ab exemplo docte poëta tuo.

## AD VENCESL. ALBVM Vrazium. Carmen. XII.

Esset Fagellus si diues ad ilia pelles,
Allatas Scythico mũera ab Axe daret
Et pciosa daret mittit q̃ etiã Ind⁹ Arabsq;
Quę seres, & quę luxuriosa Tyrus.
Est paup, qꝥ h3 dat, dãdi ei magna supellex
Curta est, arctat opes exilis arca suas.
Caria sola põt, bona deniq; si dare posset,
Auro nec gemmis inferiora daret.
Forma perit, pereũt & opes, uorat oĩa tp̃s,
Durant, & longũ caria docta manent.

## AD EVNDEM. Carm. XIII.

Esses si pauper (quod nolim) deniq; quale,
Cunq; tibi possem munus & ipse dare
Es diues, suadet diuersum carmen amœni
Vatis, q̃d seq̃tur perlege q̃d sequitur.

Diuitibus poteris Musas elegosq; sonātes
Mittere, pauperib⁹ munera pexa dato

## IN PERSAM.
### Carmen. XIIII.

Fallere, mentiri, iustum uiolare, fidem,
Mēs infecta malo, nec uerecūda solet.
Per scel⁹ oē ruit rupto semel obice honesti
Presumpsit quisquis cōtemerare fidē.

## IN DAVVM.
### Carm. XV.

Iam toties hoc me taceas audire puderet,
Quod tā crebro tuis, psonat auriculis.
Nec tn̄ ipse potes, tāta est petulātia lingue
Hoc qui fit: dicā, poena tacere mihi est.

## AD FRATREM Casparum.
### Carmen. XVI.

Sangie macte nouo Caspar tua mēbra ui
Aspectu & uires psp̄iore trahāt. (gorē
Stamina lōga trahant, foelici sidere parce,

Signandosq́ꝫ nota candidiore dies.
Atria frondenti ramo uelentur, odorum
Thꝰ crepitet positis & Thimiama focis
Gramĩa purpureo rutilãtia flore uenustẽt,
Multiflua totam fertilitate domum.
Tabificę ꝓcul hinc curę, morosa ꝓculq́ꝫ
Omnia, iucundis sint loca plena iocis.
Lactea coralij præcingant colla lapilli,
Depleat urceolos Sardonicata manꝰ.
Ingere uasa puer, fumoso plena falerno,
Multigenis fac stet mẽsa onerata cibis
Multiplices adsint lusus, cantusq́ꝫ merũq́ꝫ
Et quæ gaudia post uina uenire solent
Hic citharã quatiẽs adsit formosꝰ Apollo
Et pede ter gemino gr̃a pulset humũ.
Adsit lætitię dator & Semeleiꝰ Euchion,
Lętior & quo sis, adsit & ipsa Venus.
Adsint Pierides hilarantia numina Diuę,
Plectris atq; lyra concrepitante sonẽt.

AD D. PETRVM
de Rosis.
Carmen. XVII.

Inter magnificos nostri celeberrime regni
Petre decus rubræ & glia prima rosæ.
Militię specimē, procerꝝ lux, stella senat⁹,
Insignis nostri splendor honorq́ꝫ soli.
Rite pater patrię nostræ uocitande ruētis,
Præsidium populi delitięq́ꝫ tui.
Impia belligeri claudis qui limina Iani.
Qui patriā firmas pace, malūq́ꝫ domas.
Te quod sollicitat tm̄ Respublica, dicam
Aemiliū, & sancta relligione Numā.
Cæsarei quod iura fori moderamine tāto
Tractas, hoc Curio fabricioq́ꝫ parem.
Qđ morꝝ es cēsor, rigidi q̄d cultor hōesti,
Hoc Cato romuleus diceris & merito.
Dulcia mellifluo loq̄ris q̄d uerba meatu,
Dū populū frenas, hoc Cicerōis habes
Audis â populo facilis quod uota petenti,
Diceris orbis amor hac ratione Titus
Digne Midę Chresiq́ꝫ bōis & Perside ga-
Tāta cui ꝟtus pectore fixa manet. (za
Digne senē exęq̄s piliū, atq́ꝫ ętate sibillam
Exuperes, omnes qui pietate soles.
Nāq́ꝫ ti oīa sunt, fuerāt quę singula priscis.

Vix quē fama tibi conferat inueniat.
Plus solito rosa pulchra suos en spargit odores.
Te gnose malos Petre uetāte nothos.
Floreat illa uelim, æstiuis nec solib. æstus,
Hāc nec mordaci frigore carpat hyēs.
Foreat & late per terras se explicet istas,
Fore, comis, folijs, spiritibusq; suis.
Hęc mea uota petūt, petit hoc studiosa iuuēt⁹
Exposcit Cererē, q̄ sibi nūc solitā.
Cū Cerere & rigidę exposcit solatia brūæ
A pietate tua, frondea ligna focis.
Tantis pro meritis cœlū tibi pręmia fiet,
Quas dederis nobis, sp habebis opes.
Pro Cerere ambrosiā, p lignis ppetuū uer
Donabunt superi, post tua fata tibi.

## EXHORTATIO AD SCHOlasticos suos, laborantes in sylua, in usum communem literarij studij.

Car. XVIII. Heroicum.

Fida cohors pceres Rhoetęo milite digna

Turba

Turba uiri, magnis fortiſsĩa pectora reb⁹
Exagitata, bonũ de ſe uirtutis odorem,
Per terras oẽs Phoebi quas lucidus orbis
Illuſtrat, late ſpargentia, cognita cunctis
Iampridẽ ex factis illuſtribus, atq; decoro
Noĩe, difficilis quib. haud fuit ulla laborũ
Moles, cõſueti uos ſemper uincere cuncta
Hectorei ſocij, famę quos iuſta cupido
Sollicitat, mentis fax q̃s & gloria tangit,
Nunc agedũ mecũ celſos cõſcẽdite mõtes
Robora magna trabes, deuoluite montis ad ima,
Vertice de ſummo, nunq̃ maiora dabant
Premia uirtuti, tantæ data copia famæ
Fortib⁹ ẽ nũq̃ oĩs honos hic, ſumere clare
Noĩa ꝟtutis cupitis q̃, ſcãdite mecũ (cũ,
Mõtẽ, robora magna trabes deuoluite me
Sub titulos ibit, ualidis quicunq; lacertis
Inceptũ tractabit opus, at debile perquam
Nomẽ habebit ĩers, & ſegnis ſurgere ĩ altũ
Cura ſit o ſocij, ſurgetis, robora poſtquam
Iſta cadẽt, ſũmo de montis ad ima, labore
Militiæ ueſtræ, fortiſſ. turba quirites

Atq;

Atq; ubi iam Muldę fuerint in littore nr̃o
Exposita, & fuerint cũ tandẽ meta labori
Huic tanto, ò socij fidiss. pectora nostri,
Tũc mĩ nemo ex hoc nũero nõ lęt⁹ abibit
Mũere, p meritis ego tũc mea r̃ba sodales
Premia digna dabo, uirtutũ insignia uobis
Nãq; ego ur̃a uiri cõmendans posteritati
Facta canã, & famã uiuaci carmie semper
Extendã, & laudes ur̃as nomẽq; sacrabo,
Ne uos ulla uirũ gens nesciat, ulla uel unq;
Ne tandẽ sors cõtegat obliuione uetustas

## AD D. ROSENSES.

### Carmen. XIX.

Sapphicum cum Adonico.

Patriæ splendorq; decusq; nostræ,
Maximi regni proceres Rosati,
Res quibus Boemæ bene per quâm tutæ,
Sospitibus stant.
Regulos uates Latij uocant quos,
Romuli prolem, Veneris Remiq;,
Hinc parentali & clypeum albicantem
Pingere flore.

Robur

Robur at Boemum geritis lacertis,
Bellicis ausis animos paratos,
Vos ego forti potius fatebor,
Semine Boemos.
Quod tamen supra geritis Boemos,
Pectus argutum latijs loquelis,
Vnde sacratæ fluitant abunde,
Semina mentis.
Quis neget uestram sobolem latinam,
Sanguinem Anchisæ Veneris Remiq;,
Quod rosis Cypris dominatur, inde &
Esse Rosenses.
Ergo Romanam studio calenti,
Quæ colunt linguam, cytharasq; Phœbi,
Romuli, Anchisę &, Venerisq; proles,
Agmina amate.

## AD PROCOPIVM.
### Carmen. XX.

Ignaua ut quōdā latuit Diomedes in aula,
Inter uirginei mollia pensa chori.
Implēdo Aeacides timidę mādata parētis
Notus dulichia donec ab arte foret.

Nescio

Nescio q̃s inter sec⁹ haud doctrina fidesq́
Vrbani & uirtus Mascula delituit.
Inuidiæ insultu donec prorupit ad actus
Insidijs cum ipsa & fraudib. Inuidia,
Iam tandẽ erupit, iã debet inertibus illis
Insidijs, cũ ipsa & fraudibus Inuidia.]

## IN INVIDOS OSORES, Carmen. XXI.

Liuor edax, semper uirtutis, inermi
Fagelli solides dente lacessis opes.
Fagelli inculpata fuit celebrataq́ fama,
Et uita & Musis facta decora suis.
Hęc eadẽ usq́ manẽt, fuluo p̃ciosior auro,
Post cineres etiã non peritura suos.
Liuor edax, inimice bonis, nocuisse qd illi
Quęris arenosum uomere littus aras.
Hũc musę Phœb⁹q́ fouẽt, celebrãtq́ piti
Rectũ & q̃sq́s amat, hos habet ille suos
Non hunc suspitio furti aut infamia terret
Nõ mẽdax tandẽ lĩgua, nocẽsq́ dol⁹,
Præsumit solidam de se famamq́ fidemq́
Præsumitq́ bono quicqd inesse uelis.

Liuor edax inimice bonis nocuisse q̄d illi
Gestis efficies, desine uelle, nihil.
Sed tu perge palã, non degener ille moratᷣ
Obuius expectat, perge nocere palã.
Perge palã absq; dolis secũ certarᷣ, uiroꝝ ē
Libere & opposita frõte palãq; loqui.
Hoc uirtutis erit, sub apto uincere Marte,
Atq; palã audere conseruisse manus.
Vincere desperat is quem pręsentia terret
Hostis, & incerta suspitione manet.
Absq; fide suspectus eris, nocuisse quid illi
Speras, è tenebris liuor inique tuis?
Heus mĩ mẽdacẽ agnosti, nequaq̃ malũq;
Nõ pudet? ah scel⁹ ē nõ puduisse mali
Si at puduisse uelis (ut debes) scilicet ista.
Quã degis, fiet perdita uita pudor.
Liuor edax, hostis semper uirtutis, inermis
Fagelli solidas dente lacessis opes.

## AD VENCESLAVM BOLE zium. Carm. XXII.

Pauca tui toties quęstus legisse Simonis,
Perlege Polidamas aut Labeonis op⁹.

Scriptis & intergo, nec dũ finitus, Orestes
Mittitur ecce tibi Vencesilae, lege.
Sunt nugę nihili, sunt at(quẽ diligis) huius
Fagelli, & q̃ te, (ut scis) quoq; sp amat.
Tandẽ pelle sitim illã, iam satiare Bolezi;
Desinet ad Betas scilicet ista fames.

## RVMOR.
### Carmen. XXIII.

Ecce parabat ab Albigena secedere gente
Quantulacunq; illic est sacra relligio.
Tot ptęsa nouos errores, schismata, sectas
Illic, quot ramis pullulat uda salix.
Fama sed interea pnix huic dixit ab Istro
Quiddã, ne faceret, Cęsaris ex adytis.

## AD FRANCISCVM FA- brum. Carm. XXIIII.

Quis faber iste mihi tã dulce sonãtia cudit
Carmina? castaliis tã bene lota uadis.
Nũ fieri igniuomę credã sub rupib. æthnę
Talia ab ambustis carmĩa culta fabris
Non tm̃ Aeolias rupes, liparęq; Caminos
Iste faber

Iste faber quondam uidit & incoluit.
Verius at Delon Cynthumq; Heliconaq; tandem, &
Quęcunq; Aoniis sunt loca iuncta iugis.
Si hic faber est, Phoebi est, Heliconiadumque sororum,
Qd' fabricat, faber est, tinnula plectra (Deis.

## AD QVENDAM DVCAnum militum. Car. XXV.

Naturę & factis q pulchre ducãe tuis hoc
Respondet nomẽ moribus atq; tuis:
Qd' caput iuestis canis, mentẽ cane, q̃s nõ
Dixerit inde tuũ hoc nomẽ inesse tibi
Fraudes, furta, doli, mẽdacia, pect⁹ iniquũ
Sordida auaritia, & impia barbaries.
Longe aliud poterant imponere nomen, iniqua hoc,
Erroris mater contulit inuidia.

## AD VENCESLAVM VRAzium. Car. XXVI.

Qui colis Aonios colles dulcesq; recessus
P Musarũ

Musarũ, & placidas Bellerophõtis aq̃s
Palladios orsus, Phoebiq; lyrãq; Chelimq;
Et vates ipsos qui reuerenter amas.
Accipe Castalijs manantia carmina riuis,
Accipe Criniti dulcia dona dei,
Dat q̃d q̃sq; põt, sic nos tibi caria, iuste &,
Es quia tu uates, munus habeto tuũ.

## AD NICOLAVM RADNIcen. Carm. XXVII.

Dat q̃d q̃sq; põt, tibi Simon carmina tm̃,
At bona si posset, posset ubiq; satis.
Quale p̃t offert, animã q̃q; deuouet ipsam,
Gratus habe carmen, gratus & hanc (animam.

## AD SIMONEM PLANEN. Aretalogum. Car. XXVIII.

Phalæcium Endecasyllabum.

Nugarum pater atq; ineptiarum,
Profusor salium & facetiarum
Dictator sed & omnium leporum,
Gerris plene Simon, iocis dolisq;,
Simon nequicijs referte Simon.

Quem

Quem conuiuia lauta, quem tabernæ,
Norunt, compita, porticus, popinæ,
Fornix, & Sybaritici bibones,
Et leno & liguritor & lanista,
Omni cognitus in foro popello,
Nugis, pessimitatibus, dolisq;
Idem uatibus & choris dearum,
Iam notus fieri cupis, sed ipsas
Ad musas penetras, scelefte Phœbo
Id semper bene nec ferente, saxis
Id tandem reuerentiusq; honestiusq;,
Simon nequicijs referte Simon.

## SOTERIA AD BENEDICtum Parochum Trencinien.

### Carmen. XXIX.

Hexametrum cum Dactylico Archilochio Hypercatalectico.

Vota p̄cesq; pię tangant q̄d pectora diuū
Lanificasq; deas.
Curę q̄d supos mordaces & mala quęq;,
Sollicitent hominum.
Testis es eia patrū fidis Benedicte retētus
Et populi precibus.

 Parcę

Parcę etem̃ iã tunc properabãt rũpere uitę
Fila suprema tuæ.
Iã tibi iã scãdẽda senis, q̃ est publica cũctis
Cymba Charontis erat.
Mẽs paradisiacas tua iã tendebat ad oras,
Carnis ab hospitio.
Iã p̃ce iã lachrymis plen⁹, luctu, gemituq́;,
Angulus omnis erat.
Haud aliter doluit Priam⁹ cũ Pergama cę
Proditionis equus. (pit.
Te q́; turba p̃rm fleuit, q́; plebsq́; senat⁹q́;
Et doluit populus.
Quàm doluere tui, p̃nt qui dicier alter
Tu, tua membra uiri.
Q; studiosa manus doluit cũ p̃side q̃ta &
Vota dedit superis.
Quis negat ah dñm cœli q̃d uota p̃cesq́;,
Flectere non ualeant?
Erubuit fidas merito pia turba deorum
Cum precibus lachrymas.
Et nisi mota foret, dixissem certe supnos
Esse deos lapides.
Sed moti estis Io, sit uobis maxima Diui,
Gratia

Gratia, laus, & honor.
Iam redeunt fuerāt uultus q̄, robur, & ille,
Lucidus oris honos.
Iam uigiles oculi rident, iā mēbra resultāt,
Es quia quod fueras.
Dij faciāt multos nobis sis sanus ad annos
Sanus & incolumis.
Nectite fatales candentia stamina uitæ,
Stamina longa Deæ.
Nectite, ut Euboici trāscēdat pulueris an-
Nestoreosq́; s tus. (nos,
Hæc sincera fides & amor me poscere ma
Sed iubet utilitas. (ior,
Viue uale fœlix semp celebrāde patrone,
Prospere uiue uale.

## AD DOCTOREM IO- annem Ziak.

### Carmen. XXX.

Xeniolū hoc nō ut dignū te mitto patrōe
Debitus hoc tm̄ ut significetur amor.
Aequabit magnū, sit si pensata uoluntas,
Hac maius q̄d det, nō opulētus habet

Eya animũ perpẽde, min⁹ si xeniolũ istud
Te iuuet, aut deceat, suppleat ille, uale.

## CONVENIENS RESPONSUM. Carmen. XXXI.

Si peperi quicq̃, mittã tibi scribis ut illud,
Nil ego per conchas iuro cytheriacas.
Phillidis ac nostræ sane mirũq́ nouumq́,
Sedulus accipito parturientis opus.
In mensem sensim nonũ crescẽte tumebat
Ventre, subinde suũ dixit adesse diem
Protinus accitur festino Lesbia cursu,
Lesbia fœmineis apta ministerijs.
Fasciolę iam quęrunt q̃bus indiget usus,
Et partus satagit Lesbia comis anus.
Ipsa graui gemuit phillis cõpressa dolore,
Et nitens magno prolis amore parens
Quid dicã gemit⁹ ĩter mediasq́ ministras
Aeream prolem parturiens peperit.
Increpuere uteri sonitũq́ dedêre lacunæ,
Aethereo quantũ fulmen in axe solet.
Phillidis hãc nostrę interea mirãq́ nouãq́
Mitto tibi prolem parturiẽtis, habe.

Ad

## AD CHRISTOPHO-
rum Amberginum.
Carmen. XXXII.

In lyricis sequitur quisquis uestigia Flacci,
Non errat, palmam possidet ille lyræ.
Qui sequit̃ Flaccũ, nõ formidabit acumen
Iudicis, Aut famas, aut iuga grãmatica.
Hic inter lyricos sublimi uertice solus,
Fila regens cytharæ, sydera celsa ferit.

## IN CAPITELLA AVI-
cularum postibus adfixa.
Car. XXXIII.

Facta uiros monstrãt, factis censerier ipsi
Poscimus, hęc nr̃is cesa uides manibꝰ.
Q̃tꝰ hylas cestu, pedib. licꝰ, aucupio nos,
Ista uidens magnos esse perinde puta.

## AD GEORGIVM CYHLA.
Carmen. XXXIIII.

Carpserat añ modis q̃ nostra silentia miris,
Petrus Apollineo nectare pastus hõ.
Quis stabilit uotũ, silet ut Marpesia cautes

Gorgona uľuidit,certe petreus hō est
Soluat Epimenidis sōnos,hortare Georgi
Esto,nisi id faciat,petra mera;ille Petr⁹.

IN ADVENTV PRAgam Magistri Ioannis Hozburgij.
Carmen. XXXV.
Phalæcium Endecasyllabum.

Visurus patriam & tuos penates,
Tardos iam senio & tuos parentes.
Auctum prole genus,subinde & ipsa
Fratrum pignora chara,tum sororum
Et dicam ut semel uniuersitatem
Visurus generis tui,atq; tandem
Ipsam tum ueteris sodalitatis
Charam multimodis tibi cohortem,
Venisti bene & auspicato,nanq;.
Venisti Aonijs beate Musis,
Rara & multimoda eruditione,
Venisti omnibus usq; & usq; gratus,
Quid ni,gratior omnium at Simoni
Fagello,toties tuum petenti,
Et tam pectore feruido roganti

Auen.

Aduentum, nihil hoc beatius iam,
Sed nec lætius eya uenit eya
Clamabit repetens meus Magiſter
Ille Hozburgius, ille uenit ille,
Eho turba uiri dicata Phœbo,
Ter ternisq́ʒ ſororibus Camenis
Omnes uſq́ʒ boni & optimi ſodales,
Electiſſima turba geſtiendo,
Iucundiſſima uerba garriendo,
Meraciſſima uina ſorbilando,
Ite in gaudia, uenit eya uenit.

## AD NICOL. BOLEZINVM Carmen. XXXVI.

Sapphicum cum Adonico.

Occupat triſtes quoties procellæ
Pectus in partes rapiendo plures,
Hos tua cantes placida Bolezi,
Voce tenores.
Corpus ut curant medici periti
Et dei Iconas animas zophia,
Sic leuat noſtras recreatq́ʒ dulcis
Muſica mentes.

Spiritus lætus minuit dolores,
Tristior morbos generat nociuos,
Sanus ut uiuas, recinas Bolezi
Carmina lætus.

## AD M. ERASMVM
Piniferum Sarmatam.
Carmen. XXXVII.

Pinifer Aoniis uates ornate camenis,
Et Phœbi multo numine plene dei.
Cui tribuit pinꝰ Parnasi in uertice crescẽs
Prænomen porro pinifer inde uenit.
Inde uenis merito uates celeberrime, tecũ
Deducens hederas ex helicone tuas.
Qui tripodas Phębi lauros & barbita nos
Et sił astrigeri lucida signa poli. (stis.
Quid latiũ iã nos opus est transire ꝑ alpes
Quęrere docta tuos terra latia sophos.
Tu latina magnos ęquas de gente poëtas,
Cĩcta q̃bus Daphnes tp̃a frõde uirẽt,
Arte uales tm̃ q̃s nam tibi proximus arte:
Ingenio priscis anteferende sophis.
Mirantur oẽs lepidos ex tempore uersus,

Et uari

Et uarias p:õpte dum canis historias,
Te celebrat curata cohors, te cana senect⁹
Te colit omnis hõ, laudat & õmis hõ.
Plura tibi uereor rauco nunc scribere ỽsu
Sal nigrꝫ metuens & iuga grãmatica.
Hęc ideo & solũ, ut q̃ te reuerentᷣ honorat
Fagellum agnoscas & fateare tuum.

## AD PHOEBVM.
### Carmen. XXXVIII.
### Phalæcium Endecasyllabum.

Vatum Phoebe pater lyræ chelisq̃ꝫ
Antistes, simul optime & patrone,
Qui sacras medius sedens ad undas.
Inter Pieridum choros canentes,
Diffusis caput induens Corymbis
Cyrrum cõqꝫ tegens tuum capillum,
Ramo complacitæ tibi puellæ,
Percurrens digitis fides recuruis,
Hoc coelum modulis pijs serenas,
Quem uates uates uenerantur excolũtq̃ꝫ.
Auctorem modulum, lyræ Chelisq̃ꝫ.
Clemens uota pias precesq̃ꝫ tandem

Audi,

Audi,& rore sacro irriga fauecꝫ,
Vatum pectora,Musicamqꝫ turbam,
Inspira Sophiæ fauosqꝫ melqꝫ
Vatum pectoribus,tuęqꝫ turbæ,
Vt uersus meditarier canoros
Possint dulciloquos & elegantes,
Sic pęana pium tuas ad aras
Dantes mascula thura concrepabunt.
Omnes carminibus tibi poëtæ.

AD D. HENRICVM DE
Rosis. Car. XXXIX.

Iã per tot uersos in se tibi mittimus annos,
Nr̃a per auspiciũ munera,redde uicẽ.
Crastina si nescis anni lux prima futuri est
Sit felix faustaqꝫ exoriatur aue.
Fœlix nos omen tibi,sed tu munera mitte
Qę sunt conspicuæ tam præciosa rosę.
Non bñ reddideris,reddas si uerba poëtę,
Non bñ quis salsis Nerea honoret aqs
Nec tibi pua puta,nos dona dedisse,pbatꝙ
Carmie, maiores nõ habet Indꝰ opes.

Ad

## AD OPVS ORGANICVM donatum Ecclesiæ.

Car. XL.

Phalæcium Endecasyllabum.

Aptum laudibus hoc opus deorum,
Ipsis mente animoq; dedicauit,
Multa nobilitate clara multis
Multum nota domus Batilliana.

## AD MAGIST. THOMAM Matheolum, Canonicum Pragen.

Carmen. XLI.

Ense iubes uatē cingi, nescis quia uatum
Sūt cytharę, systra, tinnula plectra, lyrę.
Cum ferro nihil est Vati, nam pacis amici,
Iustitiæ pariter, nos pia turba sumus.
Armari ferro uatem, qui præcipit, ipsi
Ingratus Phębo est, Castalidūq; gregi
Plectra, lyram nos ferre licet, cytharamq; sonantem,
Vatē præcinctus ense sequatur hylas.
At si poscat opus, pręstabūt arma sorores,
Arma q̄b. cecidit uir Thelamoniades.

Ad Syl

## AD SYLVESTRUM MONtanum. Carm. XLII.

Ingenio facili, morum bonitate probato,
Quis dedit â syluis nomẽ habere tibi,
Eloquio, celeriq; manu, sed legibus atq;
Iudicio polles, consilioq; graui.
Vrbanus poti⁹ quâm syluester uocitand⁹
Iudice me fueras, consilioq; meo.
Sed rex montanum uoluit te Vladisilans
Dici, quod stabili te sciat esse fide.
Rynocerota dedit clypeo idẽ rex bñ, raræ
Nam ualidũ cornu tu ꝓbitatis habes.

## AD PAVLVM MONtanum. Carm. XLIII.

Nostræ Paule tuo Musę gratãtur honori,
Gratantur q̊d hõ de ueteri nouus es.
Rhynocerota tuo pictũ clypeo, sed & altis
Montibus eductũ nomẽ in astra leuat
Vt deus & fœlix rogitant fortuna secũdo
Hoc uestrũ spectẽt lumĩe stẽma nouũ
Diuitię titulos uirtutẽ ut signa sequantur,
Crescat ut æterna nobilitate domus.

Pieri

Pieridum sunt haec in uos pia uota meare
Montani insignes Rege probāte uiri.

# DISCEDENS CEL-
lam alloquitur.
Carm. XLIIII.

Cū Phębo & musis te cellula grata relinq̄,
Vt fatear ueꝝ, nō sine amaricie.
In te cella sedēs umbrosū Helycona uidebar
Incolere, & doctas cernere pieridas.
Hic musę & Phębꝰ septē modulaie uocū,
Mulcebant Driadas, Oreadasq́ȝ deas.
Venerat auditura modos huc pulchra fre
Lydia, formaꝝ lydia flos & hōos. (qnt
Hei mihi cū diuis haec esset mixta puellis,
Virabar, specie non fuit inferior.
Hanc Musę, hanc Phoebus, Driades hanc
laude ferebant,
Sacro dictabāt sanguine progenitam.
Gaudebam, limos q̄ties sed flexit ocellos
Phoebꝰ ad hāc, uisa Gorgōe ut obrigui
Scilicet astra suis oculis ęquans, mea semꝑ
Me facit & faciet lydia sollicitum.

Pulchri

Pulchrior esse nequit, certe si pulchrior esset
Essem ego, q̄ nūc sum nil ni flāma, cinis
Cellula chara uale, uale ipso charior auro,
Lydia delicijs nata cythariacis,
Viues sub nostro gratissima pectore sp̄,
Donec ego, post &, si mō sensus inest.

## AD DOMINVM IAnum Raxium.
### Carmen. XLV.

Carmina Iane petis, nulla est mihi phillis in arce hac,
Iane feres etiā carmina, da q̄d amem.
Non Venus hic habitat, Venerem nec quæ comitantur,
Sunt charites isto numina blāda loco.
Hyppotades uer℞, qui uētis æthera scindit
Has inter rupes, nocte dieq; fremit.
Ergo nostra cupis si carmina, mitte puellā
Excitet ut uatis scilicet ingenium.

Ad Ianum

## AD IANVM PRZESsticeñ.

Carmen. XLVI.

Est si quis teneri studiosus miles amoris,
Noster hic est Ianus, prȩda cupido tua
Semper amat Ianus, tepeat si tota iuuenta
Qđ magis ẽ, facit hic p̃ter amare nihil.

## DE VIRTVTE.

Carmen. XLVII.

Quæ non inuidiã sentit non uiuida uirtus
Censetur, gignit uiuida auariciam.
Viuida q̃q; magis q̃to est, tãto iuida corda
Verbere maiori uerberat inuidię.
Vis uere qui scire dolet, frendetq;, furitq;
Virtute alterius qui redolente dolet.

## AD SODALES AMISso linteolo.

Carmen. XLVIII.

Flete meũ tristes lachrymoso carie casum
Sint oculi madidi q̃squis amicus ades.
Linteolum nobis quod dulcis fecit amica

Hoc periit nobis hei mihi linteolum.
Linteolum puro fuerat formosius auro,
Tergere & potuit ora uel ipsa Venus.
Nō fuit hoc nobis gestamine gratius ullū,
Gratū hoc ex anīo terq; quaterq; fuit.
Impie sacrilega poteras hoc carpe dextra?
Impia nec timuit furta nephāda man⁹?
Si nescis, caræ fuerat labor iste puellæ
Si nescis, dedit hoc Lidia linteolum.
Ipsa suam tenui telam discreuerat auro,
Blandaq; tot fixit oscula linteolo.
Inter op⁹ propate manus, Villaticus (inqt)
Gestabit digitis hoc mea pupa suis.
Nūc mea Cianei sparserūt gaudia uenti,
Nunc mea ꝑpetuis ora rigant̄ aquis.
At tī quē mala nr̄a iuuāt, gemit⁹q; puellę,
Dij faciant, stygij sis bona p̄da canis.
Dextra cadat, q̄ nos spoliasti manere tāto,
Et nectas laqueo debita colla neci.
Deniq; post cineres furijs agiteris iniquis
Et mala sint uotis fertiliora meis.

Ad

## AD CONCIONATOREM.

### Carmen. XLIX.

Si licet increpitare scelus, cõfigere mores,
Et mala constanti pectore proterere.
At tũida innocuos sic uoce lacessere, certe
Non licet, ecclesię nõ iubet ista rigor.
Tu tam arrodis & insimulas, ut dicier ipse
Iure Theon possis, m'ltimalusq; Bion,
Non hęc de pietate fluũt, studioq; salutis,
Ipsa sed hanc rabiẽ fulminat inuidia.
Nẽpe sapit linguæ temeraria frena furẽtis
Qui regit, id faxis mi pater, ut sapias.

## AD PHOEBVM & Musas. Car. L.

Hexametrum cum Iambico Dimetro.

Laudũ pconijs sciẽ quám insigniter ampli
Villaticum excolant uiri.
Quo nõ liuor adit, q̃d nõ demẽtia suadet?
Et mens grauata crimine.
Turpiter oblitus recti, oblitusq; decori
Quidam hunc asellus clamitat.

Villanum prænomine per conuicia uerso
Ineptus hic tam & impudens.
Aeger ab inuidia, & liuoris perditus igne
Quem nomen ustulat suum.
Quid mirꝝ rabiosis si hoc percellat iambis
Quis monstrꝝ ineptum & perditũ.
Et uos cũ Phębo Musę, hęc portẽta uide-
Ad hæc tacetis attamen. (tis

Epigrammatum Liber ter-
tius explicit.

# SIMONIS FAGELLI VILLATICI EPITAPHIORUM, LIBER UNUS.

## AD GENEROSUM ADOLESCENTEM D. NICOLAUM DE RICZIANO DISCIPULUM SUUM, PRÆFATIO.

HVMANISSIME ABS te admonitus identidem generose adolescens, ne ea, quæ consuetudine mea quandoq; animi causa, pro occursu temporis & materiæ scribere soleo: Epigrammata, & id genus alia, disiecta paterer per negligentiam penitus interire, quia scilicet ex amore, quo me semper prosequutus es, iudicas, illa qualiacunq; neutiquam esse ne

gligenda. Tametsi res aliter lõge quàm tu iudicas habet. Sic enim iudicas ex amore, qui te transuorsum agit, Sed non ego mei sum nescius, neque ignoro quid illis desit, quanq; nihili sint, quanquam humana formident iudicia, Humana inquam iudicia, quorum plerumq; semper liuor locum obtinet. Vtcũq; inhumanum arbitratus sum refragari tuis precibus tam instantibus. Quid enim est quod amori tuo uel cum detrimento pudoris mei non debeam impendere? Obsecutus itaque illis tuis precibus, quibus nihil negare possum, mitto ad te interea tumulos meos conscriptos, ideo scilicet maxime, quia cum nuper nobilissime parenti tuæ Eulogium & Tumulum tãdem etiam scripserim, memini quàm cupide gratoq; animo eadem exceperis, legeris, mihique egeris gratias, Mitto inquam ad te Tumulos meos, ut his, qualescunq; sint, ego meam erga te tester beneuolentiam, & tu habeas monumentum aliquod uillatici præceptoris tui habeas legasque,

atq;

atq; legens (quod apprime salutare ille Iesus filius Syrach iudicauit) frequētius memineris, te quoq; aliquando moriturum. Vale fœliciter, atq; ut soles dilige præceptorem.

## TVMVLVS SANcti Viti.

## CARMEN. I.

Iambicum Trimetrum.

Hoc ossa sacrata & beatos pulueres
Marmor, quod inspicis uiator continet
Viti puelli, Christe martyris tui,
Certe colenda ossa & beati pulueres,
Digne, ut quibus tātum datum sit gratiæ.

## AD LIMEN SACELLI DIui Venceslai. Carm. II.

In terris q̄ndā princeps celeberrima gētis
Gloria, lux patriæ spesq; decusq; suæ:
Qui q̄ndā p̄riam ornabat, nūc astra sacello
Ossa relicta sacer Vēcesila⁹ habet. (hoc
Q; qcūq; subis uēerator, adisq; sepulti hic

 Huius

Huius tam sancti busta beata ducis.
Iniice thura focis, & odoro perlue nardo,
Sarcophagũ, adiungens balsama, sparge rosam.
Inq; preces animũ pron⁹ linguãq; resolue
Et pia cœlesti dicito uota patri.
Si tua uera fides, hoc subueniẽte patrono,
Hic quæcunq; petes, illita nulla petes.

## AD TVMBAM DIVI Adalberti. Carmen. III.

Seruat Adalberti cineres hęc urna beatos
Hos cole, q̃sq́s ades, & uenerare locũ.
Sic dño cœli tua uota precesq; placebunt
Quę optatũ tãdẽ ut grata sequet̃ op⁹.
Quę domi siquidẽ sctis impẽderis, ipsi hęc
Qui fecit sanctos, crede probãda deo.

## AD TVMBAM DIVI Sigismundi Regis. Car. IIII.

Ossa Sigismundi regis sacrata, uel ipsi
Iam cineres, isto sunt tumulata loco.

Qui

Qui cõmutauit uitam cũ morte, redẽptor
Iesu, pro sancta teq; tuaq; fide.
Est ara hęc non urna, colas hæc ista uiator
Qui cecidit pro dijs, stat deus añ deos.

TVMVLVS QVARTI CAroli imperatoris. Car. V
Phalæcium Endecasyllabum.

Quartus Carolus imperator, illo
Primo non minor undecunq; magno,
Qui cum terq; quaterq; reddidisset
Fœlicem patriam hanc, subinde lege
Cõmuni, hinc hominũ omniũ ad beatam
Concedens requiem, hac iacet repostus,
Sacra quam faciebat ęde, quantos
O quantos cineri huic Boemi honores
Debetis? nisi uultis usq; quaq;,
Tantorum immemores bonorũ haberi.

EVLOGIVM AD TVmulum fratris. Car. VI.

Hei mĩ tu putres, ego lãgueo, nuper adẽpte
Frater, pars cordis dimidiumq; mei.

Quin ultra quiddã quã pars, at iã tñ omẽ,
Nup quicqd erat, hoc iacet in tumulo.
Quo uenio qties fraterno tractus amore,
De luctu & lachrymis, deq; dolore miser
Tot traho funesti suspiria cordis ab imo,
Infoelix mater quot Niobe in sypilo.
Et lachrymis etiã miseras miscẽdo qrelas,
Quã turtur uidu9 moestior atq; gemo
Inter tot tñ & gemitus, & uerbera mentis,
Versus ad ętherez lucida signa dom9.
Diuos suppliciter omnes in uota fatigo,
Quã puris possum, pectore, uoce, pce
Sit tibi terra leuis, clamo, sit cõditor orbis
Clemens, o uita frater amabilior.
Cogit amor pietas urget, dũ uita manebit
Me sic uelle tibi, sic meminisse tui.

## TVMVLVS ABBATIS AVLĘ Regię. Carmen. VII.

Hexametrum cum Iambico Dimetro.

Vẽceslaus abbas reuerẽdus, quẽ uetus olĩ
Produxit orbi Pelsina.
Hoc iacet ĩ tũulo, post ultima fata sepult9.
Nam

Nam hoc sic habet necessitas.
Quã meritus fuerit bñ de prĩbusq; locoq;
Relinquo fame dicere. (hoc
Facta loquentur item, desideriũq; relictũ,
Sui profecto maximum.
Huic nos ętherę sincero pectore fratres,
Precemur aulæ copiam.
Ex aula ut regis, cœli concedat ad aulam,
Iam aulæ dei ut sit aulicus.

FILIVS AD TVMVlum patris. Car. VIII.

Mlta tibi genitor charissime debeo, reddã
Profore q̃ credã, uota, holocausta, p̃ces.
Quę deus exaudi clemens, ueniãq; parẽti
Dando meo, turmis insere cœligenis.
Corp⁹ trũc⁹ iers habeat sine põdere terrã,
Spiritus in superis sedibus hospitium.
Hęc sunt chare q̂b. gẽitor tibi uota parẽto
Hæ sunt, quas facio manib⁹, exequię.

ELOGIVM NOBILIS matronæ. Carmen. IX.

Fœmi

Fœmina clara genꝰ, faciē uultūq; uenusta
Fida uiro coniunx, prolis amica suæ.
Si mores spectas, heu quantū Laodomia,
Aut uel Penelope, nobilis illa quidem
Occidit, immiti mors heu dānāda q̃rela es
Debuit hoc pietas ꝓhibuisse nephas.
Exhibet in partu fide dum munia matris,
Dum sobolē saluam ꝑcupit esse, perit
Conflictaretur magno dū parturientum,
Qui solet in tantis esse dolore malis.
Cōsule fida parēs tibi cōsule, dixit, amabo
Sępe pater, proli dixit at illa, iube,
Sic ubi uult proles uitam ne perderet, ipsa
O amor o pietas, sedulitate perit.
Quur heroinis priscis nuribusq; sabinis,
Hanc non testeris fama fuisse parem?
Scilicet ipsa meret, qua uiuit portia, famā,
Qđq; tenet magnū Laodomia decus

## EADEM MATRONA MOriens maritum alloquitur.

Carmen. X.

Iambicum Trimetrum.

Heus

Heus heus marite charior uita mihi,
Vale, uale, mei tamen memor uale,
Extrema tecum uerba mortis in uia
Misera loquor, dolore fati languida,
Prolis tamen magis, tuiq; percita
Amore, tum sodalitate mutua,
Concors quies, iucũda uita, placẽs thorus,
Constans fides, ditiq; proles in domo,
Bona quæ quidẽ mortalium pulcherrima
Putamus, aura dum fouemur ætheris,
Heu quẽ marite non dolore pergrauent,
Leges necessitatis at uolunt graues,
Eque bonis, & omnibus, feramus fortiter
Non quicquid est mutare phas mortalib9
Meum marite cor, placens ocellule,
Fuit parentis hoc piç, nunquid uelim,
Eheu uel hoc marite solo lædere
Sociam fidem scelesta, ubi partũ hũc Dea
Genitalis inclemens, reliquit, me simul,
Tantis parentem flebilem septam malis,
Vt ferre proli nolim opem meæ parens,
Nephanda pectus obsoleta colchide,
Præstat piç uocata matris nomine,

Parens

Parens ferar per multa fama sęcula;
Tu mi marite mi labens ocellule
Prolem relictam cura, amoris pignora;
Hoc charitas, maternus hoc amor petit;
Nam corde flamma sub meo tu uiuida
Viuès perenne, uana ni post funera
Sit spes, amor iubet, benignitas, fides
Isthuc, marite flos uirum omnium, meo
At tu puer uitam exitu cui parens
Volui esse, tm̃ ut uiueres ipsa & mori,
Dignus parente fac sies, meritum & pię
Parentis hoc condas tuo sub pectore,
Pari suum tua te ut colat tandem patrem;
Amore proles, qui fuit meus in te amor.

## AD TVMVLVM eiusdem. Car. XI.

Cast⁹ amor lachrymat, flet mr̃onalis ho- (nestas
Moeret forma, dec⁹, ingenu⁹q́ꝫ pudor.
Ingeminat plãct⁹ tristes, studiosus honesti
Quisq́ꝫ, tua offensus nobilis Elsa nece
Ecquis naturę leges non damnet & usq́ꝫ
Non incitet opus impia parca tuum?

Sit tibi

Sit tibi terra leuis, non te lapis iste fatiget,
Gaudeat umbra deo, sp & urna rosis.

AD TVMVLVM D. RO-
sentum. Carmen. XII.
Asclepiadeũ Choriamb. cũ Gliconio.

Paulum p̃teriens siste gradum & lege
Hospes quisquis ades, semideum cinis
Hoc clausus latitat loco
Magnatum soboles, progenies uetus,
Cunctis nota uiris optime & exteris,
Bello, pace, potentia.
Hic post ultima quam fata peregerit,
Ex hac luce migrans ad loca syderum
Elegit cineri locum.
Non est quur titulos notificem, rosæ
Adpictæ hic procerꝝ signa potentium
Monstrant, hospes abi, & uale.

ALIVD. Car. XIII.

Addere simpliciter tumulo q̃sq́s uolet isti
Legitimũ titulũ, scribat, In hoc tũulo,
Sunt cineres procerꝝ de nobiltate rosarꝝ
Magnifica, haud opꝰ ẽ doctiꝰ aut meliꝰ

Irradiat

Irradiat uirtute sua se clara rosentum
Sic dom⁹ ut radijs pulcher Apollo suis.

AD SEPVLCHRVM DIui Iani Heremitæ, In antro quod dum uiueret inhabitauit, ubi etiam post pia fata sepultus, recubat.

Carmen. XIIII. Heroicum.

Antra hæc horrifico tenebrosa situ inuia quondam
Saxa, Ianus pater incoluit, contagia mūdi
Vitans fallacis, superis & uiuere Christo
Nimirū exoptans tm̄, cœlumq́ꝫ mereri,
Quas etem̄ nō illecebras? q̄d q̄so scelus nō
Mūdus habet? quē nō iuitat ad ipsa facta?
Hunc ergo fugiens iusta ratione beatus
Ille pr̄, uictu hic parco, syluestribus herbis
Scilicet, & baccis uoluit contētus & unda
Deuitando hoīm cœtus, & singula mūdi,
Subiecisse deo mentem, corpusq́ꝫ rebelle.
Efficere ad quęuis patiens conamina uitę
Cęlestis, lachrymis oculos & pectora pu
Exagitare, rędēptoris crudelia Chr̄i (gnis
Vulne

Vulnera, & inocuo currẽtes sanguiẽ riuos
Perpetuo humanæ meditari tempore uitę
Mentem castificã seruare, carereq; culpa,
Degere præterea cœlestẽ in corpore uitã,
Sic prī ille pius sanctarũ candidus auctor
Virtutũ, & prsus uitę optima regla sanctę
Hic uiuẽdo exẽpla dedit, quin posteritatẽ
Instituit, contẽnere opes, & uiuere paruo,
Nõ seruire uoluptati uentriq; gulæq;,
Ponere auaritiæ studiũ, mẽtisq; tumorem
Per sua cœlestes simul & uestigia sedes
Quęrere, & ultorẽ scelerũ supesse tonantẽ
Credere, stellato librantem singula cœlo
Iusta lance, pijs sua premia, suppliciumq;
Reddẽtem sceleri meritum phlegetontis
ad amnem,
Sic eius tandẽ post ultima scãdit in altum
Aethera, cœlorum sortitus spiritus arcem,
At cineres positi parua hac clauduntur in
urna,
Quos tu qsqs ades spectãs uẽerare uiator,
Huncque tibi precibus fieri contende patronum.

R Ad

EPITAPHIOR.

## AD M. SIMONEM ARCHIdiaconum ecclesiæ Prageñ. Car. XV.

Plura tibi facies facili & meliora labore,
Percurrẽs cytharę plectra fidesq; tuę.
Nam mihi non carmen sed quiddam triste sonandum est.
Nunc pro fortunæ conditione meæ.
Propterea nostris debes ignoscere scriptis
Si spe sunt ut sunt inferiora tua.
Carmina proueniunt aïo deducta sereno,
Innumeris mœret mẽs mea p̃ssa malis.
Olim si forsan nobis fulgebit ab astris.
Hora magis fœlix, prosperiorq; dies.
Fortunę uultũ noster tunc sumet Apollo
Fiet & in nostro plurimus ore lepos.
Hisq; finis erit, nec ego fore spero pennẽ
Tam leuis in toto q̃ uolat orbe, Deam

## D. BOHVSLAI DE HASsistain. Carmen. XVI.

Magnificę sobolis, uates, generosa ꝓpago
Cui⁹ honos merito pulsat utrũq; polũ
Terras

Terras q tractusq; maris gẽtesq; remotas
Pernouit rerũ ſemina quiq; uices.
Aſtra, deos, Muſas, cœlũ, imperialia, leges
Scripta, ſuo iam qui clauſerat ingenio.
Pallada q̃ latiã bñ tã coniunxit Achiue, ut
Gręcia q̃cquid habet, noſſet & heſpia
Illę Bouſlaus Bęmorum gentis honeſtas,
Mole ſub hac, fato rapt⁹ ab orbe, iacet
Vel Sthyta ul' Garãas cẽſend⁹, q̃ſqs ad h⁹
Nõ largo tumulũ ſparſerit ĩbre genas.

## AD TVMVLVM DIVI Palmatij in arce Carolina.

### Carmen XVII.

Palmati martyr ſanctiſſ. cuius in una hac,
Depoſiti cineres oſſaq; ſancta iacent.
Spũs in cœlis, ſed iam pro morte, perenni
Perfruitur uita, perfruiturq; deo.
De cœlo ante tuas aras heus diue Clientũ
Reſpice ꝓfuſas cũ p̃cibus lachrymas.
Fuſis de lachrymis miteſtet iuſta tonantis
In nos ira dei, te referente preces.
Eia refer functus p̃roni munere, habebũt

## EPITAPHION.

Vim patrocinio diue patrone tuo.
In te spes nostras deponimus, eya beate
Martyr tu nostræ dirige nauis iter.

## TVMVLVS M. AMBROSII
olim administratoris ecclesię Pragen̄.
Carmen. XVIII.

Pelsina me genuit, docuit Lypsk inclyta, honesto
Praga dedit tandē fungier officio.
Ambrosio nomen, patriā dixi, ecclię huius
Prelatus, notum dogma magisterio.
De se plura nephas, iaceo post ultima rerū
Cęlū animā, ꝑtas cępit amic⁹ opes. (hic

## FRATRIS NICOLAI
Holauber. Carm. XIX.

Deliciæ fratrum, diuini normula cultus,
Ordinis & sanctæ relligionis honos.
Ille pio semper Nicolaus amore colendus,
Dum feret hibla Thimos, & sua signa polus.
Alitis innocuę uero cognomine dictus,

Innocu

Innocuus rara simplicitate pater.
Verius exemplum uitæ non quære beatę
Amussis nostrę & temo cohortis erat
Hic iacet humanę defunctus munere uitę
Hic iacet, Elysiũ possidet umbra nem⁹.

## IOANNIS BOROVSKY.
Carmen. XX.

Hic sit⁹ ẽ Ian⁹ post ultima fata Borousky,
Presbyter in sacro dogmate doct⁹ hõ
Qui uiuẽs iter augustũ, sub amœna docebat
Atria cęlorꝫ, stelligerosq; lares.
Non Ianus Iani sita tãtum hic ossa sepulti
Spectas interior Ianus ad astra abijt.

## FRATRVM IN AVREA
corona. Carmen. XXI.
Hexametrum cum Dactylico Alemanico.

Hic furor hæretic⁹ fratrꝫ pia corpa flãmis
Vssit, & inscius intulit astris.
Afferet his ne tempus edax obliuia rebus
Iuppiter omnipotens statuit, sic

EPIGRAMMAT.

Implicet ut folijs arbor ramosa cucullos
Miram, hanc noscito posteritas rem.

## HIERONYMI MVLTZPLOS. Car. XXII.

In medio cursu uitæ dum posse putabam,
Res obeundo graues, exeruisse caput
Ecce cado charis multũ deflendus amicis,
Sꝫ q̃d? an ẽ lachrymis hoc reuelare malũ.
Obsecra(oro)aię cęlũ spectator, at ĩpo hoc
Est nihil utilius quod mihi p̃stiteris.

## HVLCZAR ORGANICZI. Car. XXIII.

Organa facta tacẽt, Hulczar iã multa se(pulto
Musica, & ipsa silet uili adoperta sago.
Occidit illorum q̃m cultorq́ꝫ Magisterq́ꝫ
Optimus, artifici pectine, uoce, manu.
Cuius in occasu tristes fleuisse camenas
Credibile est, Phębũ & deposuisse lyrã.
Credibĩe ẽ lachesim tm̃ hoc dãnasse sororis,
Factũ, hęc parca sit & de trib. una licet.
Atropos immitis, sed & heu crudelia fata.

Auri-

Auribus & sensu uos caruisse reor.
Hic putret ille Linus nr̄ seu dicere mauis
Hunc Amphiona tu, seu Thimothea (potes.

## IN MORTE IANI PVERI. Carmen. XXIIII.

Parue puer nō pue dolor sublate parentū (es,
Heu cito crudelis facta rapina necis.
Ah pudeat facti Parcas, immitia fata,
Scilicet hic flos iā falce metendus erat
Anni sex nec dū, spēs Ganymedis Hylęue
Delicię matris, atq; parentis amor.
Immites parcas nimiū & crudelia fata,
Tam cito quę uernas p̄cipitatis opes.
Si foecunda fores, non Atropos impia tm̄
Eheu te credam posse patrare nephas?
Eheu blāde puer, luct⁹ lachrymęq; parētū
Olim lenimen, gaudia, deliciæ,
Donec fata finēt, nos ad tua busta uirētes
Spargemus flores, purpureāq; rosam.
Scribem⁹q; tuo carmē tūulare sepulchro,
Hoc erit, hoc nullū uerius esse potest.

EPITAPHIOR.

Gaudia, deliciȩ, risus, iociq; parentum,
Olim, iã luctus & dolor & lachrymȩ.
Hic situs est Ianus, diuũ inclemẽtia pressus,
Prȩpropere hinc nostro raptus ab orbe puer.

## VENCESLAI FAGELLI tumulus. Car. XXV.

Iambicum Trimetrum.

Subsiste, si uacat, uiator ac uide,
Exile sed, parumq; quod uidebis est.
Viri ẽ sepulchrũ hoc rustici quidẽ, at boni
Hæc accolæ per rura, tesquaq; & per iuga
Quem pdicant uirtute prȩditum ac fide
Fuisse, gens quam fuit olim diu
Sabella, Venceslaus huic nomen fuit,
Fagellus antiquo suo prænomine,
Colles per hos & rura tesquaq; & iuga
Sic notus omnibus, perinde qui optime,
Ad hæc superfluum uidetur ut tibi
Vnum uel adiungã magis uerbum, uale.

## IN FVNERE SVI PARENTIS. Carmen. XXVI.

Iambi.

Iambicum Trimetrum.

Parentis optimi ossa, quicquid aut fuit
Magis caducum, natus inferens humo,
Fletu rigans funus piisq; lachrymis,
Hęc mœstus ex dolore funeris pio est
Adfatus, hoc quicquid parentis est mei
Habeto tellus, non (precor) grauis sibi,
Tu at cœlum & o cœli sator Deus, alterā
Aeternitatis compotem partem sui,
Fœlicibus donate sedibus, preces
Hę sunt parenti debitę, ratas face
Deus, parentes qui colendos præcipis.

FILIAE NOBILIS D. IOANnis de Biessyn. Car. XXVII.

Martula delitiæ patris, matrisq; uoluptas,
Tandē facta dolor, rapta q̄d an̄ diem.
Hic iaceo lachrymis nimiū irrorata parētū
Et defleta diu, rapta quod ante diem.
Sic placuit, q̄rum nihil ē reuocabile, diuis,
Siste parēs lachrymas, rapta q̄d an̄ diē
Hęc naturę lex, parcaq; īmobilis ordo hic
Siste parēs lachrymas, rapta q̄d an̄ diē

EPITAPHIORVM

INGENVI ADOLESCENtis Venceslai Vidlak.

Carmen. XXVIII.

Vēcesilaus qcq̄d mortale tenebat hic ecce
Post sua fata tenet cōdita sarcophagus
Moribus, ingenio, formæ bonitate beatus
Huic nisi naturę lex nocuisset atrox.
Hunc q nouisti nuper dū uita manebat,
Ditem naturę muneribus iuuenem.
Raptū pprope, hac tellure putrescere tādē:
Certus, fateor conditione rata.
Nosse potes nr̄a hęc q̄ sit natura, sit quàm
Augusta miseri conditione sumus.

D. ZDENKONIS A STELlis. Carmen. XXIX.

Magnificos int celeberrimus ille Boemos
Stellifer hac Zdenko cōtumulat hūo
Cuius in lucem clarissima stella dedisset,
Passa fuisset atras sancta fides tn̄bras.
Iam radeat cœlo, fidei quę fulserat olim
Sella, decent tautos p̄mia tanta uiros.

IOANNIS SSLECHTE.

Car

Car. XXX.

Quē deus & natura mihi tribuere peacto
Cursu, terra tibi uile cadauer habe.
Qđ fortuna dedit nati teneatis & uxor,
Tu paradisiacas umbra require dapes
Velle meū moriēs supremū hoc Sllechta
Tādē p⁹ mortē dixerat esto ratū. (Ioēs
Mortu⁹ hic tumulat̄, habet tellus & amici
Quisq; suū, manes sunt ubi: uita docet

D. NICOLAI FRASCA toris. Carm. XXXI.

Vna sacerdotū & non ultima gloria certe
Et morꝫ & uitæ regula certa bonæ.
Hoc Nicola⁹ habet frascator cōdita busto
Ossa, per immites raptus ab orbe deas,
Cuius de uita in terris tam comiter acta,
Fama uolat, gaudet spūs, urnę honor ē.

VIRGINIS ANNAE. Carmen. XXXII.

Virgo pudica decēs, teneri flos cādid⁹ ęui
Atq; suæ ætatis & probitatis honor.

Rapta

Rapta suę iacet hic uirgo de flore iuuentę
O mors hoc debuit non licuisse tibi.
Parcę crudeles & tu prima Atropos eya,
Debebas rapidā hic cōtinuisse manū.
Grā,forma,pudor,tandē illa ꝓbata uenu/
Oris,frōs,ocli,pulchra labella genę (stas
Omnia mortali uestro de uulnere mixta,
Et conuulsa simul, & uiolata simul.
Hic putrent olim iuuenū tot gaudia,luctꝰ
Iam tot eorundē,tot simlˀ & lachrymę
Eya sibi nemo quicq̃ ꝓmittat in orbe hoc
Instat & omnibus ah quæ rapit omne (quod est.

## M. PAVLI PRAGENSIS.
### Carmen. XXXIII.

Astra,deos,Musas, ſʒ q̃cq̃d & usq; ꝓfūdo
Ingēio aut Plato,aut scribit Aristotles.
Rimabar uigili cura studioq; laborum, &
Iam fœlix messis nostra metenda fuit,
Hæc interrupit mors, mors animis iuuenum hæc tam
Inuida,quàm nobis, inuida q̃ patriæ.
Qđ uolui & potui iuuenū prodesse labori

Et domui & Patriæ consuluisse meæ.
Hoc ĩrupit mors, mors q̃ cũcta ꝓphanat,
Inuida tã domui illa inuida quàm pr̃ĩs

DIVAE BENIGNAE.
Carmen. XXXIIII.

Vndenis de milibus una uirago sacrata,
Moribus & uita dicta Benigna bene.
Hoc cõtecta loco recubat, sed paupe ful-
Diuitiore sedet, sede reposta polo. (cro

VRBANI DE CHRAST.
Carmen. XXXV.

Si quis de Censu fœlix, de prole beatus,
Aut de uirtute iure probandus erat.
Hic urbanus erat, raros inter referendus.
Prorsus natorum conditione parens.
Gratus magnificis, qn certo regis amore,
Sub titulos missus, factus & iñ nouus.
Sed quid nec fortuna põt ꝑuertere legem
Fati, uis cuius omne prophanat opus.
Occidit hocq; iacet pꝰ fata, loco ibimꝰ oẽs
Sic miseri, qm̃ puluis & umbra sumus.

Schola.

## EPITAPHIOR. SCHOLASTICI BOnoniensis.

### Carmen. XXXVI.

Ergo iaces tandem scelerꝝ sentina caputq́;
Nimirꝝ digna morte perempte iaces.
Hanc tibi iã pridẽ pestẽ tua facta canebãt
Pro factis uenit ista ruina tuis.
Sero licet punit, punit tñ ultor ab astris
Vt uult & cũ uult, cert⁹ hic ultor adest
Ansis nẽo malis plaudat male certe pẽnãt,
Sunt plena exemplis omĩa, tuq́; miser.

## AD OSSVARIVM.

### Car. XXXVII.

Iambicum Trimetrum.

Quisq́s locũ hũc plenũ ossibus perãbulãs,
Spectas, sepultis hic prece intima & pia
Succurre, spectator bone & frater pie,
Gratam reposces dum recepturus uicem,
Si & non reposcas, quin recepturus tamẽ,
Rependit omne nam bonum, scit q̃ omĩa,
Creator omnium deus, cui magis
Opus pium pinguis placet quàm uictima

Docto-

DOCTORIS STEPHAni Tinensis. Car. XXXVIII.

Hexametrum.

Hic Stephan⁹ sophię studio clarissim⁹ ille
Thayn horssoro mltũ q̃ se iactabat alũno
Conditur, extremi tandẽ post fata laboris.
Artis erat medicę doctor celeberrim⁹ atq;
Naturę scrutator, q̇cquid & inclyta septẽ
Dogmata pertractant, sed quid iuuat? ecce sepultus
Hic iacet, herbaꝶ hũc necuis adiuuit & ar(tes
Sed nec opes, nec honor, Nam cedunt omnia mortis
Legib. ęternis, post q̃ hęc pultarit eũdũ ẽ.

IODOCI Pueri.
Carmen. XXXIX.

Voce puer placida potuit q blãdula Syrẽ,
Et sanctis dici moribus hippolytus.
Dign⁹ ꝑ Ganymede daret q̃ pocla tonãti
Apta ministerio tam fuit ista manus.
Infausta periit depastus peste Iodocus,
Hoc puerile dec⁹ hac tumulat̃ humo.

Annae

ANNAE, Nobilis fœminæ.
Carm. XL.

Comis, blāda, faceta, uenusta, pudica, fide(lis,
Chara uiro sancta de probitate suo.
Fœminei specimen sed & inclyta glā sex⁹,
Anna sub hac pridē rupe reposta iacet.
Sed nō fama iacet, ps aut q̃ debita cęlo est
Tantum mortale quod fuit occubuit.

MAGIST. THOMAE.
Car. XLI.

Doctrina uitaq; bonus Tinensis in isto
Sarcophago Thomas, ossa habet aut cineres.
Ille magister in hac olim uenerabilis ęde
Sacra, noīe qui notus abunde suo est.
Hic satagebat opum cœli dū uiueret, Illas
Quisq́s adęs uotis huic animoq; faue.

ABBAT. Sigismundi.
Carmen. XLII.

Abbas Tepla tuus fuerā dū uita manebat
Olim, non debes dememinisse mei.

Octo hęc q̄dragitaq; rexi ego porro p annos
Perditaq; asserui sedulitate bona.
Atq; Sigismundi bn̄facta legēdo uidebis,
Annales, erat hoc nomē in orbe mihi.
Si bn̄ grata uoles fieri loca sancta piorum,
Exposces multa sedulitate mihi.

VOLPHGANGVS CANtor de se. Car. XLIII.

Incaute seruū furem dum pertraho, serui,
Furis ab infami uulnere triste cado.
Vitā cautus agas exēplo hoc, certus ubiq;
Semper & extremū posse uenire diē.

EX PERSONA MONAchæ. Carm. XLIIII.

Quę sit siue boni in mūdo spes, siue salutis
Vidi puella adhuc tenella & desij.
Lętiferis ideo mundi confidere rebus,
Aeterna mecum in corde semp meo
Tractās, sic Chr̄o me despōdi atq; subiui
Clustra, atq; mūdū sic reliq, & omnia.

ALIVD. Car. XLV.

S Vita

Vita breuis, tādē p⁹ pœna iugis, bona cęli
Mansura & nullo deperitura die.
Viuere me fecere deo & nō uiuere mūdo
Mortis op⁹ mūdo est uiuere, uita deo.

## TVMVLVS CVIVSDAM ciuis Misneñ. Carm. XLVI.

Tp̄s suspectū, & pietas urgebat ut issem
Visum te, uita frater amabilior.
Impia prędonis lætali uerbere euntem
Me inuasit dextra, ah uulneror & peo
Cui cordi est pietas sr̄na, p̄cator amice, ut
Accumbā diuū Nectari & Ambrosię.

## DE VITA CADVCA HOminum. Car. XLVII.

Decipimur uotis miseri, spe fallimur om̄e
Nam fato genitum statq́ʒ caditq́ʒ suo.
Et semel & cūctis, & ineuitabilis una est,
Aut celeri aut tardo fossa adeūda gradu
Nec satis est secura ætas quęcūqʒ, cuiq́ʒ
Vltima quæq́ʒ dies esse potest homini
Nō moueāt quenqʒ mundū mulcētia q̄dā
Nescio

Nescio uim taxi quam perimentis hñt
Inspiciat uentura & ineuitabilis, illa
Extremi si quis ultima Iudicij.
Hic uerꝫ hoc mecũ ꝓrsus sctm̃qꝫ putabit,
Quod sequit̃, relegat, si mõ q̃d sequit̃.
Viue deo plebs sancta dei, cœlestia quere
Vita hoĩm uapor est, gloria nr̃a cinis.

TVMVL. DOMINI GASPAris prædicatoris. Car. XLVIII.

Hac declamator Gaspar post ultima rerꝫ
Rupe tegor, de me nõ mihi plura licet
Nã dotes ꝓprias alia id genus atqꝫ referre
Esse trasonismũ plurima turba putat.
Sit satis, hic uixi dom⁹ & noua q̃d genuit, si
Plura petes, dicet obuia fama tibi.

DOMINI DOCTORIS IOannis Zak, administratoris Pragẽn. Car. XLIX. Iambic. Trimet.

Hoc administrator Ioannes Zak, sua
Post fata conditus loco iacet, diu
Pragẽn. Archipręsulis qui egit uices,
Pessundatã olim hãc ꝟbere indigno sacrã

Qui rexit & fabrefecit ędem, & pio
Instruxit ornatu, Dei pro gloria,
Pro gloria impensa deo, sibi deus,
Pietate qui gaudet, rependat gratiam.

DOMI. GASPARIS Prędicatoris. Car. L. Phalęciũ Endecasyll.

Gaspar lege creatus hac fuisti,
Vt tandem morereris, haud dolemus
Mortem, sed nimis hoc dolemus, ante
Quod tempus moreris tuis cupitum
Tot uirtutibus, heu parum fuisti,
Qui nunquam satis aut diu fuisses.

IN TVMVLVM D. LEONIS Clariss. Baronis Bohemi, qui nuper obijt die xiiij. Iul. An. 1535. Simon, F. V.

Hic iacet ille Leo clarus pietate fideq;
Legibus, eloquio, clarus & ingenio
Quas dotes eius mirata est patria tota
Quantũ sublatas mẽte animoq; dolet
Pretereo gen⁹, & pauos, & stẽmata auorũ
Coniunxit quorũ laudibus ille suas.

Quis

Quis fuerit, q̄tusq́; hic heros, lector amice
Conscia testatur patria grata uiro.

VALERIVS Scipio, I. V. D.

Hic Leo magnanimus, p̄rię p̄r, & dec⁹ ęui
Portus amicorꝝ & relligionis erat.
Legibus & patrię tm̄ uiuebat, ademptus
Nūc summa terris excubat arce uigil.

Epitaphiorꝝ liber explicit.

# SIMONIS FAGELLI VILLATICI DISTICHORVM, LIBER VNVS.

SIMON FAG. V. LAVRENtio Dumeto, S. D.

NE NIHIL DVMETE chariss. mearum habeas nugarum, Disticha mea collecta cō scriptaq́;

criptaq; tibi transmitto, quæ tu fortasse ni hili esse, ut quidem sunt, dices. Cęterum id si dixeris, quid feceris dispicito: siquidem tu unus fuisti, qui nugas aliquid esse meas dictitabas. Ego certe blattis tineis piperiq; & pharmacis, & id gen⁹ aliјs in breui usui esse futuras non dubito, quæ utiq; quia naturæ genus sunt, alere rubor esse non debet. Ciceronis hoc tibi arbitror non esse ignotum, cōciliare sibi animos hominum proprium uirtuti esse. Ecce ego non hominum cogito solum, quin etiam irrationabilium, quo latius scilicet benignitatis meæ pomeria extendisse uidear, perpendas itaque tecum id uelim, & interim accipias benigne missa tibi, & si humana benignitas tibi cordi est, grata habe. Vale.

## ¶ AD NVMINA sua. CARMEN. I.

Iesu cum Maria genitrice auiaq; beatis,
Votis trina pijs numina adeste meis.

¶ Ad Imaginem.

Cat

Carmen. II.

Adrides gestis dulcissime nate parenti,
Nate parēs mr̄is, q̄s sciat hoc genitrix.

¶ Ad diuam Luciam. Car. III.

Diua mihi sponsi per amorē Lucia luce,
Debile conforta Lucia lucis opus.

¶ Ad Tumulum diuę Benignæ. Car. IIII.

Vota Benigna meas exaudi uirgo p̄cesq̄3
Fusas ad tumulum diua uirago tuum.

¶ Ad Arma D. de Rosis.

Carmen. V.

Quur clypeo albenti hęc rutilet rosa forte (requiras?
Mente niuēt proceres, relligiōe rubēt.

¶ Ad Pelsinam. Car. VI.

Hostiles acies, inimicaq̄3 tela retundens,
Pelsina, cresce uiris, relligione, fide.

¶ Ad Eandem. Car. VII.

Excipe primicias læto mea Pelsina uultu,
Quod superest in me, seruiet om̄e tibi.

¶ In Quendam. Car. VIII.

Perfidię, fraudes, anĩus seruilis, hebes mēs
Illa bonū faciunt si bonus esse potes.

¶ De Præteritis. Car. IX.

Pars obliuiſci poſſit ſi præteritorum,
O quã ſi poſſem, nõ meminiſſe uelim.

¶ Ad Quendam. Ca. X.

Magna uolunt uates magni, nos pua rogam⁹,
Dona ſatis nobis caſe⁹ un⁹ erit.

¶ In Aedibus Scholæ. Car. XI.

Incolit has ędes cũ Phœbo corricidũ grex
Cũ gnato ꝓcul hinc ſis Erycina Ven⁹

¶ Aliud. Car. XII.

Eſt domus hæc Phœbo & ter ternis dedi-ta Muſis,
Caſta decẽt Muſas, mollis abito Ven⁹.

¶ In Concionatorem. Car. XIII.

Heus tu qui ſcelus increpitas, oblite tuoꝝ
Quęſo, te contra ſtant tua facta, tace.

¶ Ad Nicolaum Radnicẽn. Car. XIIII.

Quẽ mõ Terſitẽ poteras iurare Simonẽ,
Huic nĩ reſcribas, feceris Harpocratẽ.

¶ Ad Imaginem. Car. XV.

Talis Voccus erat, talẽ ſe lætus agebat,
Dis, pulcher, fortis, eia quid inde, obijt

In

In Fortunam. Car. XVI.

Verte rotã fortuna tuã, miserere iacentis
Tãtisper, stabilis q̃ mihi facta dea es.

¶ Ad Bartholomeum Trnka.
Carmen. XVII.

Ne te mors rapiat totum uiolenta uetabit
Ars, sic expressus dum morieris eris.

¶ Mittens poma, pira, nuces.
Car. XVIII.

Mittit amica manus, quod habet, de pau-
pere agello,
Parua quidẽ sed sunt dona fauoris, ede.

¶ In Epulones. Car. XIX.

Sũma q̃bus uoti ẽ uẽtrẽ Bacchoq; ciboq;
Distendi; uiuunt, uiuere si bibere est.

¶ Iacobus Piso. Car. XX.

Optima cũ dicis Bemis Villatice nasci
Vina iugis, erras; si bona sunt, satis est.

¶ Villaticus. Car. XXI.

Optima cũ desint uobis, mediocria uina
Dicim⁹ optima nos, dicim⁹ & bibim⁹

¶ Ad Benedictum, Parochum
Trenciniẽ. Car. XXII.

In nos signa bonæ mētis Bñdicte tuæ sunt
Cognita, signa patet p sua uer⁹ amor.
¶In Aedibus suis. Car. XXIII.
Sūt duo Siōes, ne hic forte errore traharis
Hospes, Fagelli tecta domūq; uides.
¶Ad Picetinum. Car. XXIIII.
Virtutis solidę testem cognoscere certum
Si cupias, nullus certior inuidia est.
¶Ad imaginem uirginis matris.
Carmen. XXV.
Insidiosa stygis si uis te territat ulla,
Huc fuge, sub tanta uirgine tutus eris.
¶Ad Magistrum Simonem Austicum. Car. XXVI.
Quo uiles abigas muscas, fastidia mensæ,
Isthoc à nobis Austice munus habe.
¶Ad Tabellam trium Regum.
Car. XXVII.
Quid faciūt nummi: qd possūnt dona: qd (aurū:
Cōtrectet cupide quàm puer illa uide.
¶In Prædicatorem conniuentem.
Carmen. XXVIII.
Qui nō dēte petit canis, & latratib. urget
Hostes

Hostes, iure pōt non malus esse lupis.

¶ Ad Tabellas amatorias niuibus obuolutas. Car. XXIX.

Quis locus insidijs erit ah iā tutus amoris,
Frigore concreto si latet asper amor.

¶ In Filiam gallinę. Car. XXX.

Hem genuit bellā cicur hęc gallia pipinā,
Huic q̄s gallus erit? forte priapus erit.

¶ Benedictio mensę. Car. XXX.

Nostris apposita hęc mēsis, potūq; ciboscq;
Clementer benedic, sanctificaq; deus.

¶ Gratiæ. Car. XXXII.

Qui nos pauisti, potuq; ciboq;, perennis
Gratia pro donis sit deus alme tuis.

¶ Ad Picturam. Car. XXXIII.

Durum diuelli á nato taliq; pioq;
Qđ fuerat mr̄i, credibile ex animo est

¶ Aliud. Car. XXXIIII.

Discessum hunc tristē tā, q̄ fuit ipse parēti
Charus, sit cuiq; certa fuisse fides.

¶ Ad Imaginem Deiparæ Virginis. Car. XXXV.

Iambicum.

O uir-

DISTICHOR.

O uirgo fœlix, o noua gloria,
Cœlestis arcis nobilis incola,
Constanter illic sis petimus dea,
Nostri memor, perinde parens pia.

¶ Iter Ingredientibus.
Carmen. XXXVI.
Sapphicum cum Adonico.

Exitum uestrum benedicat ille,
Cuncta qui nutu regit & gubernat,
Rursus & tandem propere & benigna
Sorte reducat.

¶ Ad Iconam regis Ludouici.
Carmen. XXXVII.

Hæc facies Regis Ludouici, habitusq́ bis octo,
Annos cum uitæ iam numerasset, erat

¶ In suum librum.
Carmen. XXXVIII.

Dic p̄cium tāto referet q̄s Phœbe laboris?
Deucaliō, ul', si nō placet hic, Phaëton

¶ Ad Iconam suam.
Carmen. XXXIX.

Sexa-

Sexaginta duos natus Villaticus annos,
Firmus adhuc ſano corpore, talis erã.

¶ Ad ſuas Muſas. Car. XL.
Phalæcium Endecaſyllabum.

Scombrorum & piperis boni cuculli,
Fietis propere meæ camenæ,
Blattas aut tineas minus timete,
Exæquat modulis Marona uates
Quiſquis, nec moritura qui reponit,
Cuius docta ſibi Thalia poſcit,
Aetatem Priamiq; Neſtorisq;,
Hos caſus metuat, piper crocumq;
Vos & ſalgama ueſtiendo, credo ut
Et laudem capiatis & fauorem.

Diſtichorum liber Explicit.

Lipſiæ excudebat Michaël
Blum, Menſe Auguſt.
1 5 3 5.

# CORRECTORIVM.

A 3. facie 1. linea 6. hoc mō. A 5. fa. 1. li. 17. exequiāt
A 6. fa. 2. li. 2. tuebor. Ibi. li. 11. ibit. Ib. li. 13. pro-
hibete. A 7 f. 2 li. 20. ſanctiſſimo. B 1. fa. 2. in mar-
gine. recapitulatōnē. B 4 f. 1. l. 9. emicat. Ib. f. 2. l.
20. chara. B 8 f. 2. l. fi. aſſeruerunt qꝫ. C 1 fa. 2. l. 10
adorandi. C 3 f. 2. l. 20 faciens. C 4 fa. 2. l. 12. mode-
ſtia/et. C 5. f. 1. l. 17. ſuorū pedes. Ib. f. 2. l. 22. quan-
tus. C 7. f. 2. l. 13. ſtatutis. Ib. l. 21. et hominum.
D 1. f. 1. l. 13. diffinitione. D 3. f. 2. l. 6. ſtupendumqꝫ.
D 6. f. 1. l. 15. internectiuis. Ib. f. 2. l. 16. faſtus. D 7
f. 1. l. 17. Chriſtianiſſimo. E 1. f 2. l. 18. eſſdē. E 3. f. 1
l. 13. aſſertori. Ib. f. 2. l. 11. Et B. E 4. fa. 1. lin. 1. que
ſunt. Ibid. f. 2. l. 10. ineamus. E 5 f. 1. l. 10. ſacrifice-
mus. Ib. l. 21. adorari. Ib. f. 2. l. 19. illud vīj Leuit.
E 6. f. 1. l. 13. innitendū. E 7. f. 2. Choriambus ma-
le triſyllabis adiungitur. F 1. f. 2. l. 2. ſeu Phaleu-
cium. F 5. f. 2. l. 16. nos tibi laudes. F 6. f. 2. l. penu.
plebs. G 2. f. 1. l. 16. vacare ſacris. G 3. f. 1. li. 13.
procurant. G. 6. f. 2. l. 21. Eya ſis. G 7. f. 1. l. 8. o bo-
ne. G 8. f. 2. l. 5. Spirituū. H 3. f. 1. l. 20. Hos depre-
cemur. H 4. f. 2. l. 1. merentia. H 5. f. 2. l. 5. Quonam
H 6. f. 2. l. 14. Veniſti. Ib. l. 15. ſollicitante. H 7. f. 1
l. 7. ſoſpitet. H 8. f. 1. l. 15. miſere Grecia. Ibi. f. 2. l. 2
offenſa. I 4. f. 2. l. 19. quot vernus. I 5. f. 1. l. 1. fla-
mina. I 6. f. 1. l. 3. Armis. I 8. f. 1. l. 16. dicier. K 1
f. 1. l. 5 Sauromates. Ib. f. 2. l. 17. ſepta pecus. K 2
f. 1. l. 10. omen et. Ib. l. 16. Si. K 3. f. 1. l. 15. meritis
premia. K 5. f. 1. l. 4. quoniā. et l. 11. quoniā. K 6 f. 1
l. 8. Cirrhe. L 1. f. 1. l. 16. Dircei. L 4. f. 1. l. 3. ſeueri
Ib. f. 1. l. 4. viciosa. L 5. f. 1. l. 3. deniqꝫ. Ib. l. 5. dole-
rem

## CORRECTOR.

rem. Ib. f. 2. l. 13. multumq; L 6 f. 2. li. 20. fatis M 3 f. 2. l. 8 et 9. Ursinus Rosinus. M 5. f. 1. linea 11. tueare. M 7. fac. 1. lin. 7. Non gemmis. M 8. f. 2. l. 5. propago. Ib. l. 7. Aganippen.



12